DIPTEROLOGIÆ ITALICÆ

PRODROMUS

A. CAMILLO RONDANI

Vol: III.

SPECIES ITALICÆ

ORDINIS DIPTERORUM

N GENERA CHARACTERIBUS DEFINITA, ORDINATIM COLLECTÆ, METHODO ANALITICA DISTINCTÆ, ET NOVIS VEL MINUS COGNITIS DESCRIPTIS

AUCTORE

CAMILLO RONDANI

IN R. ATHÆNEO PARMENSI PROFESSORE — SOCIETATIS ENMOLOGICÆ PARISIENSIS — R. ACCADEMIÆ GEORGOFILORUM ORENTINÆ — SOCIETATIS ZOOLOGICÆ ET BOTANICÆ WINBONENSIS — ACCADEMIÆ NATURÆ CURIOSORUM NEAPOLITANÆ SOCIETATIS ENTOMOLOGICÆ STETINENSIS — SOCIETATIS REI RARIÆ REGII LEPIDI — ATHÆNEI BASSANENSIS ET ACCADEMIÆ IENTIARUM ET LITTERARUM RHODIGII SODALE ETC. ETC.

PARS SECUNDA

MUSCIDÆ

SIPHONINÆ et (partim) TACHININÆ

PARMÆ

EX TIPOGRAPHIA ALEXANDRI STOCCHI

1859.

FAMILIA IV.

MUSCIDÆ

CHARACT: FAMILIÆ.

Antennæ, præter aristam, articulis tribus instructæ; in depressione ampla faciei locandæ; articulo tertio haud transversim inciso; — *Arista* dorsualis, nunc biarticulata, nunc raro triarticulata, articulis radicalibus fere semper brevibus vel brevissimis. — *Oris* apertura plus minusve ampla, *proboscide* semper, *palpis* sæpissime distinctis. — *Proboscis* crassa et membranosa, si raro exilis et solida, tunc corpus macrochetis, seu setis rudibus instructum. — *Alæ* venas longitudinales septem exibentes, axillaribus exceptis: *quinta sursum angulatim vel arcuatim flexa* = *Caliptera* plus minusve ampla, squama infera semper et distincte latiore.

Stirps XI. SIPHONINÆ Rndn.

enus 1. SIPHONA *Mgn. Desv. Macq. Zett. Rndn.*
Stomoxis *Fabr. Fall.*
Bucentes *Latr. Walk.*
Musca *De-Geer.*

Charact. Gener.

oboscis filiformis exilis et longissima, bicubitata, seu parte apicali retro subtus flexa.

uli nudi.

tennæ articulis duobus primis brevissimis, tertio satis elongato, circiter ad epistomium producto; *arista* nuda, articulo penultimo paulo elongato et cum tertio plus vel minus manifeste geniculato.

domen macrochetis marginalibus tantum præditum in dorso segmentorum secundo et tertio.

res distincti a fœminis præsertim apice abdominis obtusiore, genitalibus paulo crassis.

Species Italicæ

A. *Scutellum* apice plus minusve testaceo. — *Abdomen* basi, saltem in mare, magis vel minus late subtestaceo diaphanum.

Sp. 1. Geniculata *De-Geer.*

AA. *Scutellum* totum, et *abdomen* basi ut alibi, in utroque sexu cinerea.

Sp. 2. Cinerea *Mgn.*

Observat: et Synonym:

Sp. 1. S. Geniculata *De-Geer. Fall. Mgn. Macq. Desv. Zett. Walk. Rndn.*

Cinerea *Latr. Macq.* (*non Mgn. et Desv*).
Tachinaria *Mgn. Desv.* — Nigrovittata? *Mgn.* — Analis *Mgn. Desv.* — Quadricincta, Tristis, Pusilla. Fuscicornis et aliæ Desv.

Species plures auctorum, cum Zetterstedtio Macquartio et Walkerio, varietates esse S. Geniculatæ De-Gerii pro certo habeo, cujus notæ distinctivæ sat variabiles.

Siphona Geniculata, cum varietatibus pluribus, ubique in agro parmensi, et fere in toto anno entomologico vulgaris, et ut puto etiam in aliis Italiæ plagis satis frequens, nam sæpe a boreali media et meridionali Italia, usque ad insulam Melitam, exemplaria ejusdem ab amicis accepi.

Forte erucis *Liparidis Chrysorrœæ* ejusdem larva vescitur, nam sæpe circa easdem, fœminam Syphonæ istius legi.

Sp. 2. S. Cinerea *Mgn. Desv.*

(Non aliorum) — Forte in Synonymis istius, species aliquæ D. Robineau locum habere debent.

Satis distincta a duabus præcedentibus, non solum colore semper et omnino cinereo, sed etiam scutelli apice, et abdominis lateribus ad basim non testaceis, sed femoribus quoque superne magis vel minus late et obscure, semper nigricantibus, præsertim anticis et posticis; intermediis saltem prope geniculos infuscatis.

Raro lectus a me uterque sexus in agro parmensi.

Stirps XII. TACHININÆ Rndn.

Genus 1. TRHYPTOCERA *Mgn. Rndn. Desv.*

TRHYPTOCERATÆ *Desv.* (*partim*). — SENOMETOPIA *Macq.*

TACHINA *Mgn. Panz. Fall. Zett. Walk.* — MUSCA *Lin. Panz.*

HEREBSTIA *Desv.*

CHARACT: GENER:

Series setarum orales et frontales in genis non elongatæ. — *Antennæ* articulo tertio elongato et lato, triplo saltem longiore præcedente. — *Aristæ* articulus penultimus plus minusve longus, et cum tertio magis vel minus manifeste cubitatus — *Oculi* nudi. — *Genæ* non buccatæ. — *Proboscis* brevis crassiuscula. — *Alarum* venæ longitudinales prima et secunda ad apicem, seu in costali parum distantes: quarta et quinta sejunctim margini productæ: quinta arcuatim non angulatim flexa, integra, seu nec interrupta nec partim obliterata: transversa exterior numquam magis distans ab interiori quam a curvatura quintæ longitudinalis, sæpius magis proxima inte-

riori, aliquando ab ista et a curvatura quintæ longitudinalis æquidistans. — *Abdominis* segmenta tria basalia, macrochetis marginalibus tantum instructa, discoidalibus nullis (1).

Species Italicæ

A. *Abdomen* testaceum. — *Pedes* maxima parte testacei.

Sp. 1. Silacea *Mgn.*

AA. *Abdomen* nigrum. — *Pedes* vel toti vel maxima parte nigri.

B. *Venæ* longitudinales secunda, quarta, et sexta, superne setulosæ.

C. *Palpi* toti lutescentes. — *Antennæ* articulis duobus primis magis vel minus rufescentibus.

Sp. 2. Pilipennis *Fall.*

CC. *Palpi* saltem extrinsecus nigricantes. — *Antennæ* etiam basi nigræ.

Sp. 3. Palpalis *Mihi.*

BB. *Venæ* longitudinales secunda, et quarta tantum, superne setulis ciliatæ.

---

(1) Prope Thryptoceras vel genera affinia, illud Rondaniæ Desv. locum habebit, si characteres ejusdem, in unico specimine observati, stabiles esse in aliis cognoscatur, de quo nunc dubitare possumus, quia non raro, *frons* et *oviductum*, accidentia, et pressionis causa, producta modo abnormi videntur.

D. *Pedes* tibiis rufescentibus. — *Antennæ* nigræ articulis primis duobus fusco-rufis.

Sp. 4. Tibialis *Desv.*

DD. *Pedes* toti nigri. — *Antennæ* sub testaceæ, ad apicem paulo fusciores.

Sp. 5. Antennalis *Mihi.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. T. Silacea *Mgn. Macq.*

V. Descript. in operibus Auctor. s. d.

Rarissimo a me capta tempore autumnali, in collibus ditionis Parmensis.

Sp. 2. T. Pilipennis *Fall. Mgn. Macq.*

V. Descript. in Oper. Auct. s. d.

Sed exclude quæ dicuntur de varietate palpis apice nigris, et vena alarum interrupta, quæ speciei distinctæ referenda, facilius generi alio portinenti.

In agro Parmensi non frequenter a me lecta, in planitie et collibus.

Sp. 3. T. Palpalis *Mihi.* — Longit *Mill.* 5 (*Circiter*).

Nigra, *facie* albido-subrufescente; *fronte* lateribus griseis,

vitta intermedia rubescente. — *Palpi* apice nigri, alibi testacei. — *Antennæ* totæ nigræ, articulis duobus basalibus conjunctim, tertio saltem quadruplo brevioribus, isto longo et lato. — *Thorax* paulo griseus — *Scutellum* apice puncto testaceo. — *Abdomen* atrum basi segmentorum albicante. — *Caliptera* albo-lutescentia. — *Pedes* toti nigri. — *Alæ* venis tribus alternatim superne setulosis.

A *Pilipenne* Fallenii *Palpis* apice determinate, et antennis totis nigris præcipue difert — a *Spinipenne* et *Laticorne* Meigenii distincta pari modo, colore apicali palporum, sed etiam puncto testaceo scutellari, quæ notæ istam quoque sejungunt speciem, a *Flavipalpe* Macquartii, ab *Humerale* Desv. etc.

Rarissima in agro parmensi, bis lecta tempore autumnali, in collibus una vice, et altera in apennino.

Sp. 4. T. Tibialis *Desv.* — Longit. *Mill. fere* 4.

V. Descript. in Diar. Societ. Entomol. Galliæ 1831.

Similis Tach. *Exoletæ* Meigenii, a qua difert, vena non solum quarta sed etiam secunda longitudinali superne spinulosa, dum in *Exoleta*, quarta tantum setulosa dicitur. Præterea in ista Sp. *Scutellum* ad apicem manifeste testaceum præbet, de quo charactere distinctissimo silent auctores in diagnosibus *exoletæ;* ideo istam et illam diversis speciebus referendas esse puto.

Descriptioni speciei Desvoidii adde. — *Vena* transversa exterior valde distat a curvatura quintæ longitudinali

et ideo satis proxima transversæ interiori. — Ceteri characteres ut in tabula analitica, et in diagnosibus T. Exoletæ Meigenii et Macquartii.

(Nota) Ab *Infantula* Zetterstedtii distinta T. Tibibialis, venis duabus alarum spinulosis non unica, tibiis distincte rufescentibus etc.

Fœmina ignota Desvoidio apud nos capta; præter setas frontales, mari similis. Sp. Rara in Agro parmensi tempore vernali.

Sp. 5. T. Antennalis *Mihi.* — Longit *Mill. circiter* 3.

Similis iterum *Exolætæ* et *Tibiali*, sed a prima difert, venis longitudinalibus duabus spinulosis et scutello apice testaceo: a secunda pedibus totis nigris, antennis subtestaceis apice tantum fusciore, et vena transversa exteriore minus proxima interiori, et etiam articulo penultimo aristæ distincte breviore, imo satis breve.

A Tach. *Infantula* Zetterstedtii quoque difert, colore testaceo antennarum, venis duabus setulosis etc.

Non rara in agro parmensi tempore æstivo. In Etruria inventa a D. Piccioli.

Genus 2. MELIA *Desv. Rndn.*
Myobia *Macq.* — **Actia** *Mgn.*
Tachina *Mgn.*

Charact. Gener.

Antennæ satis breves, articulo tertio apice rotundato. — *Arista* brevis prope basim distincte incrassata, articulis primis brevissimis. — *Oculi* nudi. — Peristomium tumidum. = Duæ *Vibrissæ* ordinariæ parvæ et distantes ab apertura orali. — *Alæ* vena quinta longitudinali non cubitata, et interrupta, scilicet a cubito ad apicem obliterata: transversa exteriore magis proxima interiori quam apici quintæ longitudinalis. — *Spinula* costalis subnulla. — *Abdomen* setis dorsualibus tam in disco quam in margine segmentorum, brevibus et exilibus.

Species Italica 1. M. Albipennis *Desv.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. M. Albipennis *Desv. Macq. Mgn. Rndn.*

V. Descript. in operibus Macquarti et Meigenii.

Rarissimo a me lecta in agro parmensi.

Genus 3. ACTIA *Desv. Mgn. Rndn. Macq.*

Tachina *Mgn.* — **Thriptocera** *Macq.*

Charact. Gener.

Antennæ satis longæ, articulo tertio distincte lato. — *Arista* paulo geniculata, articulo penultimo longiusculo. — *Oculi* nudi — *Peristomium* non tumidum; *vibrissis* duabus ordinariis contra marginem oris inserte non satis supra. — *Alæ* vena quinta longitudinali non cubitata, seu a cubito ad apicem obliterata, transversa exteriore magis proxima interiori quam apici quintæ longitudinalis. — *Spinula* costalis parva. — *Abdomen* setis validioribus dorsualibus erectis præditum.

Species Italica — 1. Vitripennis *Mihi.*

Observat. et Synonym.

Sp. 1. A. Vitripennis *Mihi.* — Longit. *Mill.* 4.
Pilipennis *Desv.* (*non Fallen*).

Antennæ articulis primis et basi tertii testaceis, apice nigræ — *Facies* et *Genæ* albidæ. — *Frons* lateribus griseis, vitta intermedia testacea. — *Palpi* saltem extrinsecus nigricantes. — *Thorax* niger paulo grisescens. — *Scutellum* nigrum puncto apicali testaceo. — *Abdomen* nigrum, vittis tribus transversis ad basim segmentorum, in medio interruptis, albidis. — *Alæ* venis longitudinalibus secunda quarta et sexta superne setulosis. — *Caliptera* alba. — *Pedes* nigro-picei. — *Alæ* vitreæ, non albicantes, venula transversaria exteriore duplo distante ab apice alarum, quam a transversa interiori; sexta longitudinali margini postico producta. — *Abdomen* setis validioribus aliquibus discoidalibus in segmentis intermediis, præter marginales præditum.

Colore antennarum, nitore alarum, puncto testaceo scutelli, interruptione fasciarum abdominis, distantia majori venæ transversæ exterioris ab apice alarum, longitudine venæ sextæ longitudinalis etc: ista a *Frontali* Macquartii, a *Leucoptera* Meigenii et a speciebus variis Desvodii satis distincta videtur, sed in fallor *act. Pilipennis* hujus auctoris, non Fallenii, nostræ referenda.

Rarissimo capta in ditione Parmensi.

Genus 4. PHYTOMYPTERA *Rndn.*
(annali di Bologna 1845).

CHARACT. GENER.

Antennæ breves, articulo tertio satis lato subquadrato, duplo circiter longiore præcedente. — *Arista* brevior antennis, crassiuscula articulo penultimo paulo elongato et cum tertio geniculato — *Peristomium* setulosum. — *Epistomium* non tumidum, vibrissis duabus ordinariis prope marginem superum oris sitæ — *Genæ* setigeræ fere usque ad apicem articuli secundi antennarum. — *Oculi* nudi. — *Abdomen* macrochetis præditum etiam in segmentis intermediis. — *Vena* quinta longitudinalis alarum extrinsecus obliterata. — *Vena* transversa exterior nulla. = *Spinula* costalis parva sed distincta.

SPECIES ITALICA 1. NITIDIVENTRIS *Rndn.*

Observat: et Synonym

Sp. 1. NITIDIVENTRIS *Rndn.* (annal: Bologna 1845).
Longit: ***Mill:*** ***a*** 3 ***ad*** 4 —

Antennarum articuli duo primi fuscotestacei, tertius niger, ima basi testacea — *Facies* et *Frons* nigricantes albidi pollinosæ, vitta frontali luride testacea — *Palpi* saltem extrinsecus lutescentes — *Thorax* ater vix subcinerascens — *Scutellum* totum nigrum etiam apice — *Caliptera* dilute fusco-flavescentia — *Abdomen* atrum nitidum, vix lateribus et parum cinerascentibus ad basim segmentorum — *Pedes* atri — *Alæ* paulo griseæ, vena quarta longitudinali ad basim seta unica prædita, aliis non setulosis: cætera ut in diagnosi generica.

Semel capta in planitie propepadana agri parmensis, in foliis Alni glutinosi decurrens, mense majo.

Genus 5 CLAUSICELLA *Rndn.* (Prodr: 1856) Tom. 1.

Caract. Gener.

Antennæ longissimæ, articulo tertio quintuplo circiter longiore præcedentibus conjunctim — *Aristæ* articulus penultimus paulo elongatus, plus minusve manifeste cum sequente geniculatus, isto in medio crassiusculo — *Oculi* nudi — *Genæ* angustæ, nudæ — *Series setarum* orales ultra apicem antennarum non ascendentes — *Abdomen* macrochetis dorsualibus ad marginem tantum segmentorum primi et secundi instructum — *Alæ* vena

secunda longitudinali apice costalem attingente satis longe a prima, et satis ultra transversam anteriorem; quarta et quinta longitudinalibus (normaliter) in costali vel paulo ante costalem ad apicem conjunctis; quinta arcuatim non angulatim flexa; ultima postica manifeste a margine alari distante (*): Quarta longitudinalis tantum ad basim setulosa.

SPECIES ITALICAE 1. SUTURATA *Rndn.*

Observat et Charact.

Sp. 1. C. SUTURATA *Rndn.* (In litteris, et in Prodromo Vol. 1): *Longit. Mill*: 4-6.

(*) Genus ab *Hypostena* Meigenii distinctum, quamvis affine.

1. Vena secunda longitudinali valde producta ultra transversam exteriorem.
2. Articulo penultimo aristæ distincte longiusculo magis quam in *Hypostena*.
3. Vena tsansversa exteriori paulo magis distante a curvatura quintæ longitudinalis, quam a transversa interiori.
4. Venis longitudinalibus quarta et quinta ad apicem normaliter conjunctis.
5. Arista subnuda non pubescente etc.

Facies alba nitida ut *peristomium* et *orbitæ* post oculos — *Frons* lateribus partim fuscis vitta intermedia testacea — *antennæ* atræ; articulis, duobus primis ad conjunctiones, paulo rufescentibus — *Palpi* luteì — *Thorax* niger, subcinerascens, vittis aliquibus fuscioribus, saltem in parte antica sed non satis distinctis — *Scutellum* totum nigrum — *Caliptera* alba, linea marginali plus vel minus lutescente — *Abdomen* nigro-nitens, vittis tribus transversis, integris albis ad suturas segmentorum — *Pedes* nigri — *Alæ* limpidæ, basi paulo luteo fuscescentes; vena quarta longitudinali ad originem spinulis seu setulis aliquibus prædita.

Habitat non infrequens in ditione parmensi tam in planitie quam in collibus et rarius etiam in montuosis — Legitur sæpins in floribus umbellatarum a Junio ad Septembrem.

In Etruria quoque lecta a D. Piccioli.

Genus 6. PETAGNIA *Rndn.* (*Prodr. Tom.* 1.)

Charact. Gener.

Antennæ mediocres, articule tertio parum longiore præcedente. — *Arista* articulo penultimo brevi cum sæquente non genizulato;

ultimo ad medium paulo incrassato. — *Oculi* pubescentes = *Palpi* extrinsecus non manifesti. — *Genæ* ad basim, seu inferne cum peristomio setigeræ = *Series* setarum orales ultra apicem antennarum non ascendentes. — *Abdomen* in dorso macrochetis marginalibus et discoidalibus instructum, etiam in segmentis intermediis. — *Alæ* vena quinta longitudinali angulatim non arcuatim flexa, et cum quarta ad apicem in costali connexa; transversa exteriore magis proxima interiori, quam cubito quintæ longitudinalis; secunda longitudinali, non ultra transversam interiorem manifeste costalem attingente.

Species Italica 1. Subpetiolata *Rndn.*

Observat. et Charact.

Sp. 1. P. Subpetiolata *Rndn.* (Prodr: T. 1). *Longit. Mill:* 4-6.

Nigra, *Facie* et *orbitis* paulo albicantibus — *Thorax* cum *Scutello* paulo cinerei pollinosus — *Abdomen* nigro nitidum, vittis tribus albidis transversis ad basim segmentorum. — *Caliptera* alba. — *Halteres* fusci, stipite basi testacea. — *Alæ* paulo fuliginosæ, circa venas colore distincte obscuriore. — *Vena* longitudinalis quarta ad originem setulosa. — *Spinula* costalis parva et non erecta.

Species a me bis lecta in montuosis agri parmensis, et semel a Pedemontio missa a D. Mussino.

Genus 7. BIGONICHETA *Rndn. (Annal. Bologna* 1845*)*. **Tachina** *Fall. Mgn. Zett.* — **Thryptocera** *Macq. Mgn.* — **Ramburia** *Desv* 1851.

Charact. Gen.

Antennæ elongatæ circiter usque ad epistomium, articulo tertio quadruplo fere longiore præcedente. — *Arista* articulis tribus instructa longitudine parum diversa, et ad conjunctiones bigeniculata. — *Oculi* pubescentes. — *Genæ* totæ cum peristomio setigeræ. — *Abdomen* dorso macrochetis marginalibus et discoidalibus instructo etiam in primis segmentis. — *Alæ* vena quinta longitudinali non arcuatim flexa; transversaria exteriore satis proxima interiori, magis quam cubito quintæ longitudinalis. — *Spinula* costalis validiuscula et erecta.

Species Italicæ.

A. *Palpi* ut *antennæ* toti nigri.

Sp. 1. Setipennis *Fall.*

AA. *Palpi* testacei. — *Antennæ* articulo tertio basi paulo rufescente.

Sp. 2. Mariettii *Rndn.*

Observat: et Synon.

Sp. 1. B. Setipennis *Fall. Mgn. Macq. Desv.*

V. Descript. in operibus Macq. et Meig.

Mas bis a me lectus in agro parmensi, dum teste Macquartio fœmina speciei prius tantum nota erat. — Mas a fœmina facile dignoscendus, abdomine ad apicem obtusiore, et genitalibus paulo incrassatis.

Sp. 2. B. Mariettii *Rndn.* (*Annal. Bonon*: 1843).

V. Descript. in diariis iisdem.

Longit. Mill. 5-6.

Mas similis omnino mari *setipennis* Fallenii, tamen diversus, et distinctus, præsertim 1.° *palpis* testaceis vix apicem versus paulo fuscioribus; 2. *antennis* articulo tertio basi magis vel minus late rufescente. 3. Coxis plus minusve rufis vel piceis.

Ab Insubria olim D. Marietti entomologus mediolanensis exemplar unum speciei communicavit, alterum post a D. Schembri in insula Melita captum accepi, et nuper etiam prope Parmam tertium inventum, mense majo.

Genus 8. GERMARIA *Desv. Rndn.*
Gonia *Mgn. Zett. Walk.*
Thryptocera *Macq.*
Tachina *Fall. Mgn.* — **Illigera** *Mgn.* s.

Antennæ longissimæ, articulo tertio circiter trilongiore præcedente. — *Arista* articulo secundo longitudine circiter tertii et cum eodem geniculato, primo brevissimo vix distinguendo. — *Oculi* nudi, in fronte utriusque sexus distantes. — *Genæ* nudæ, non inflatæ — *Series* orales setarum ascendentes satis ultra apicem antennarum. — *Abdomen* in segmentis primo et intermediis, macrochetis marginalibus tantum instructum. — *Alæ* venis longitudinalibus secunda et quarta ad originem setulis non paucis ciliatis: quarta et quinta sejunctim costalem attingentibus; quinta angulatim non arcuatim extrinsecus flexa, angulo appendice ad basim, non spuria prædito; transversa exteriore satis proxima cubito quintæ longitudinalis.

Observat. et Synon.

Sp. 1. G. Ruficeps *Fall. Mgn. Zett. Rndn.*
Latifrons? *Desv. Macq.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

in qua scutellum puncto apicali testaceo signatum dicitur, sed nota ista non costans, nam in nostro et in aliis speciminibus a me observatis, scutellum fere semper omnino nigrum vidi.

Unicum exemplar Italicum collectionis meæ a D. De-Cristofori olim mihi largitum fuit, in Insubria alpina captum. — Cætera specimina quæ possideo Germanica.

Genus 9 GONIA *Mgn. Latr. Macq. Zett. Walk. Rndn.*
Tachina *Fall.* — Gonidæ *Desv.*

Charact. Gener.

Antennæ longissimæ, quarum articulus ultimus, in mare saltem tri longior præcedente, in fœmina circiter bilongior. — *Aristo*

articulus intermedius vel subæqualis tertio vel parum minor, raro cum primo conjunctim longitudine dimidia vel fere dimidia tertii; semper cum ultimo cubitatus. — *Genæ* setis plurimis instructæ, et magis vel minus tumidæ. — *Oculi* nudi, in fronte utriusque sexus distantes. — *Series* orales setarum ultra apicem antennarum non distincte ascendentes. — *Abdomen* segmentis saltem duobus basalibus, macrochetis præditum margini postico tantum, non in disco; segmento ultimo setis plurimis sparsis, non margine tantum apicali macrochetis cincto. — *Alæ* vena transversa exteriori satis distante ab interiori; Quinta longitudinalis angulatim non arcuatim flexa, angulo normaliter non appendiculato; quarta longitudinalis sejunctim a quinta, costali producta. — *Tarsi* pulvillis et uncis in utroque sexu parvis, et si raro in masculo pulvillis paulo elongatis, tunc unci non obtruncati.

Species Italicæ

A. *Palpi* nigricantes. — *Alæ* infuscatæ distincte etiam in disco.

Sp. 1. Bicincta *Mgn.*

AA. *Palpi* testacei vel lutescentes. — *Alæ* in disco non aut vix infuscatæ.

B. *Aristæ* articulus intermedius plus minusve longior medietate ultimi, si raro duplo tantum brevior tertio tunc articulus primus subindistinctus.

C. *Abdomen* margini postico segmentorum primi et secundi

macrochetis quatuor præditum; *segmento* tertio macrochetis discoidalibus instructo.

Sp. 2. INTERRUPTA *Mihi*.

CC. *Abdomen* segmentis primo et secundo, macrochetis marginalibus duabus tantum. — *Segmento* tertio macrochetis nullis discoidalibus.

D. *Abdomen* totum nigricans vel cinerascens in utroque sexu seu lateribus late nec rufis nec testaceis, ad summum maculis fusco-rufescentibus, in masculis, a margine postico segmentorum nigro sejunctis.

E. *Abdomen* nigrum, basi segmentorum fasciola albida, determinata, et alibi non tessellatum. — *Macrocheta* duæ intermediæ marginalium segmenti tertii, magis intus proximis, insertæ.

Sp. 3. FASCIATA *Mgn*.

EE. *Abdomen* grisei et nigricantis tessellatum, fasciis albicantibus ad basim segmentorum non satis determinatis. — *Macrochetæ* marginales segmenti tertii omnes in eadem linea insertæ.

Sp. 4. CINERASCENS *Rndn*. (*).

DD. *Abdomen* lateribus rufis vel testaceis, tam in mare quam in fœmina; rufescentia lata, et in maculas non divisa a nigredine marginali segmentorum.

(*) GONIA *Foersteri*, in Italia nondum capta, primo intuitu distincta est ab *Interrupta, Fasciata* et *Cinerascenti*, abdomine toto atro nitido, nec fasciis albidis, nec tassellis manifestis.

F. *Abdomen* rufescentia laterali ad segmentum ultimum non producta in utroque sexu, Feminæ segmento tertio feræ toto nigro, lateribus tantum prope basim rufescentibus.

G. *Abdomen* segmento apicali fere toto albo-nitente. — *Tibiæ* postice setis crebris ciliatæ.

Sp 5. Ciljpeda *Mihi*.

GG. *Abdomen* segmento ultimo in medietate basali tantum fascia albo-nitente. — *Tibiæ* posticæ setis non crebris ciliatæ.

Sp. 6. Ornata *Mgn*.

FF. *Abdomen* rufescentia laterali in segmento ultimo dilatata saltem in mare; fœminæ segmento tertio lateribus totis rufis.

H. *Abdomen* vitta dorsuali in medio angusta, non distincte expansa extra macrochetas dorsuales segmenti secundi. — *Setarum* trium apicalium *Scutelli*, minor intermedia, cum duabus proximis, fere in eadem linea sita.

Sp. 7. Capitata *De-Geer*.

HH. *Abdomen* vitta dorsuali lata, et plus minusve, sed distincte expansa, extra macrochetas dorsuales segmenti secundi. — *Setarum* trium apicalium scutelli, minor intermedia, plus minusve longe a duabus aliis sita, et sic non apicalis.

Sp. 8. Lateralis *Zell*. (*).

(*) G. *Divisa* Mgn. istæ sectioni pertinet, sed a *Laterali* et *Capitata* diversa, absentia fasciarum albicantium abdominis, setis facialibus longioribus et crebris etc. *Divisa* in Italia non inventa.

BB. *Aristæ* articulus secundus manifeste brevior medietate ultimi, si raro non manifeste brevior, tunc articulo primo parum sed distincte longiusculo.

Sp. 9. Cognata *Mihi*.

Observat: et Synonym:

Sp. 1. G. Bicincta *Mgn.*

V. Descript. in opere Meigenii, cui adde

Mas: *Caput* nigricans, aliqua parte genarum et frontis fusco-rufescente. — *Arista* articulo secundo incurvo, medietate tertii non longiore. — *Alæ* vena transversa exteriore minus distante ab interiore quam in aliis speciebus; quintæ longitudinalis cubito (in nostro exemplare) appendicula prædito. — *Pulvilli* tarsorum albi.

Unicum specimen collectionis meæ, in Sicilia captum, a Clar. Spinola missum (*).

Sp. 2. G Interrupta *Mihi*.

Caput fulvum flavidi nitens; fronte subferruginea, vitta fulvo-testacea. — *Antennæ* nigræ, in mare tamen articulis

(*) Gonia *Vicina* Desv. et Macq, in Sicilia capta et a me non observata, hic locanda, nisi varietas est aliæ speciei. — Ejusdem diagnosim vide in opere Macquartii.

basalibus rufescentibus. — *Palpi* testacei. — *Scutellum* extrinsecus rufescens, basi nigricante. — *Abdomen* nigro-nitens, segmentis tribus ultimis fascia lata albicante, in medio interrupta, et ad basim distinctiore: macrochetis dorsualibus quatuor in margine postico segmentorum primi et secundi, in isto aliquando sex, discoidalibus nonnullis in segmento tertio utriusque sexus. — *Squamæ* albæ. — *Pedes* nigri, pulvillis albidis. — *Alæ* sublimpidæ, costa ad basim paulo infuscata.

Proxima G. *Flavicepsidi* Zett: a qua præcipue difert colore *palporum* testaceo-nigricante, et *capite* fulvo et flavo, non albi micante, *setisque* frontalibus longitudine ordinaria, non manifeste brevioribus etc: quibus adde, presentia in disco segmenti tertii abdominis macrochetarum, et numero majori earumdem in margine segmentorum primi et secundi, quæ notæ patentissimæ in diagnosi speciei borealis non inscriptæ fuerunt, ideoque in illa non existentes, et non oblitas fuisse credere debemus a diligentissimo Zetterstedtio.

Goniæ novæ unicum exemplar masculum e Liguria misit D. Mussino, et unicam fœminam observavi collectionis Professoris Bellardi taurinensis, et nuper specimen alterum maris a D. Schinero accepi, ab eodem inventum ad littora Adriatici prope Tergestum.

Sp. 5. G FASCIATA *Mgn. Macq. Zett.*

RUFICEPS *Walk.* (*exclusis Synonymis*)

V. Descript. in opere Zetterstedtii, cui adde:

Macrochetæ marginales segmenti tertii abdominis, duabus intermediis magis intus insertis. — *Tibiæ* in medio paulo rufescentes.

Frequens in agro parmensi, præsertim montuoso: legitur tempore vernali in floribus arbustorum et pabulorum.

(Nota) In maribus speciei, sæpe latera abdominis fusco-rufas maculas præbent, maculis a fasciis marginalibus nigris segmentorum sejunctis.

Sp. 4. G. Cinerascens *Rndn.* (*In litteris, et in Museo Bononiensi*).

Caput albido-sublutescens, vitta frontali testacea; *Setis nullis frontalibus* antice incurvatis in mare. — *Antennæ* articulo ultimo nigro, primis duobus rufescentibus. — *Arista* articulo primo sub-indistincto. — *Palpi* testacei. — *Thorax* nigricante-cinereus. — *Abdomen* præsertim ad basim segmentorum cinerascens vel griseo-albicans, certa luce observatum tessellis obscurioribus variegatum. — *Scutellum* testaceum ima basi fusco-grisea. — *Caliptera* alba. — *Pedes* nigri, pulvillis albicantibus, istis et uncis in mare manifeste longioribus. — *Alæ* sublimpidæ ad basim paulo fuscolutescentes. — *Macrochetæ* segmenti tertii abdominis, omnes æque distantes a margine.

Maris *abdomen* in segmento secundo aliquando rufescit.

Non rara in collibus ditionis parmensis, præsertim mensibus Augusto et Septembre.

Nota) A Gonia *fasciata* satis difert, non solum colore albicante capitis et griseo abdominis, sed etiam genis minus latis et minus tumidis, et præsertim setis nullis frontalibus in mare antice incurvatis, et macrochetis abdominalibus segmenti tertii omnibus in edem linea marginali insertis.

Sp. 3. G. Cilipeda *Mihi.*

Proxima, speciebus variis, abdomine lateribus rufis, et difert ab omnibus, segmento ultimo abdominis fere toto albo-nitente, et ciliis tibiarum posticarum satis manifeste crebrioribus, nec non tessellis albicantibus latis in segmento secundo abdominali, et vitta exili albicante ad basim segmentorum secundi et tertii. A *capitata* quoque distinguenda colore rufo abdominis in segmento quarto non dilatato; et setis marginalibus segmenti tertii in utroque sexu omnibus in eadem linea insertis: et vitta dorsuali angusta, in mare ultra setas superas non extensa in primis segmentis, a gonia *laterali* satis diversa.

Caput lutescens vitta frontali flavicante. — *Antennæ* nigræ basi rufescente. — *Tibiæ* in medio fusco-rufæ, — *Abdomen* maris vitta nigra dorsuali sub æque angusta usque ad originem segmenti quarti, fœminæ in segmento tertio satis dilatata, et ideo rufescentia laterali ad basim tantum segmenti ejusdem expansa. Alæ sub-limpidæ ad basim flavescentes.

Cætera ut in affinibus.

Exemplaria duo mascula et unum fœmineum in collibus ditionis parmensis a me capta fuerunt, et alteram fœminam speciei a D. Schembri accepi, in insula Melita inventam ab eodem.

Sp. 6. G. ORNATA *Mgn.* — MELANURA *Desv. Macq.* (Var.)

V. Descript. et Iconem in opere Meigenii Vol. 5.

Cui adde: *Abdomen* rufescentia laterali in segmento ultimo non dilatata. — *Segmento* tertio in fœmina semper, in mare sæpe postice nigro, etiam in lateribus. — *Tibiæ* nigræ. — *Fasciæ* albicantes ad basim segmentorum, in quarto latæ, in præcedentibus angustæ. — *Fascia* nigra dorsualis, in primis segmentis, extra setas marginales, tam in mare quam in fœmina dilatata.

Variat mas, segmento tertio abdominis postice haud nigro marginato, et sic lateribus totis rufis; et facilius speciei diversæ varietas ista referenda, distincta a *laterali*, rufescentia abdominis in segmento quarto non producta.

Ista si species nova, apellabitur *Repudiata* Mihi.

Gonia *Ornata* non infrequens in agro parmensi primo vere, fœmina tamen minus communis. — Varietatis segmento tertio abdominis postice non nigro marginato, tria tantum exemplaria legi, cum individuis typicis.

(Nota) Clar. Zetterstedt, Goniam *Ornatam* Meigenii dubitat pro fœminis *Capitatæ* institutam fuisse, quod non credo, nam icone Meigeniana rite observatà, segmen-

tum tertium abdominis totum nigro-marginatum, et non maculam latam triangularem præbere cognoscitur, quod convenit speciminibus nostris, et ideo speciei Cl. Meigenii ipsa referenda.

Nonne varietates aliquæ *lateralis*, Goniæ *Ornatæ* pertinent? certe a Germania specimina nonnulla accepi nomine *lateralis*, quorum aliqua istam, aliqua alteram speciem repræsentant.

Sp. 7. G. Capitata *D.Gr. Fall. Mgn. Macq. Zett. Walk.* (exclus: part. Synon) *Rndn.* — Bombylans *Desv. Macq.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii, cui adde:

Vitta nigra abdominis in segmentis duobus primis, extra setas marginules non extensa, tam in mare quam in fœmina; sed in segmento tertio fœminæ, postice in medio dilatata, lateribus tamen rufis; et maris, ut in segmentis primis angusta; in segmento quarto utriusque sexus, apice dilatata, basi angusta, lateribus inde non nigris. — *Tibiæ* in medio plus minusve fusco-rufescentes: posticis, extra, setis inequalibus ciliatis. — *Albedo* segmenti quarti abdominis, medietatem tantum basalem occupans.

Vulgaris in agri parmensis planitie et montuosis, frequentior ab augusto ad septembrem. In Italia etiam boreali et meridionali usque ad insulam Melitam inventa.

(Nota) Fœminæ duæ in apennino captæ segmentum pri-

mum abdominis macrochetis destitutum præbent; s character iste constans est, speciei distinctæ adscribendæ, et nomine *Apennina* vocandæ.

Sp. 8. G. Lateralis *Zel. Zett.*

Capitatæ (Var.) *Fall.* — Vittata? *Macq.* (*non Meig.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii, cui adde,

Setarum trium apicalium *Scutelli* minor intermedia, plu minusve longe ab aliis duabus, intus oriens. — *Fascia dorsualis* abdominis in segmentis primis, extra setas marginales manifeste expansa. — *Setæ* duæ intermediæ marginalium in segmento tertio, paulo magis intus, non in eadem linea cum aliis insertæ — *Tibiæ* nigræ.

A *capitata*, latitudine fasciæ abdominalis nigræ, et color tibiarum in medio non manifeste rufescentium distincta: ab *ornata* vero, insertione macrochetarum segmenti tertii, quarum duæ intermediæ magis intus sitæ, et latitudine rufescentiæ lateralis, in hac usque ad basim segmenti quarti expansæ; ab una et altera setis scutelli, modo diverso insertis.

Non frequens in agro parmensi, ubi mares quatuor et fœminam unicam hujus speciei inveni.

Sp. 9. G. Cognata *Mihi.* — Longit *Mill.* 12 *circiter.*

Similis habitu statura et colore G. *Cinerascenti,* sed sati et certe diversa.

1. Brevitate secundi articuli aristæ in utroque sexu distincte brevioris medietate tertii. — 2. Articulo primo ejusdem aristæ manifeste longiusculo tam in mare quam in fœmina. — 3. Genis albidis fusconitentibus, non lutescente-albidis etc.

Cetera vero circiter ut in cinerascente.

Maris abdomen macula fusco-rufa in segmento secundo, et etiam in tertio signatum est. — Fœminæ latera segmenti secundi in specimine unico rufescunt ad basim.

Mas Rarissimo lectus in agro parmensi, et hujus fæmina semel inventa.

Genus 10. CNEPHALIA *Rndn.*
Spallanzania (*partim*) *Desv.*
Gonia *Mgn. Macq. Zett.*
Tachina *Fall.*

Charact: Gener:

Antennarum articulus secundus parum, vel non brevior, aut longior tertio in fœmina et in mare: si longitudine paulo majore ultimo in masculis, et tunc in hoc sexu dorso articuli ejusdem non dilatato, et cubito venæ quintæ longitudinalis in utroque sexu non appendiculato. — *Aristæ* articulus

penultimus semper brevior manifeste medietate ultimi, vel s
tis brevis. — *Oculi* nudi et in fronte distantes etiam in ma
— *Genæ* latæ, parum tumidæ, et setis plus minusve num
rosis sparsis. — *Tarsi* maris, uncis et pulvillis tarsorum s
tis majoribus; uncis anticis semper, et intermediis sæpe o
truncatis. — *Setæ* nullæ frontales in mare antice incurvata

Observationes.

Nunc mihi videtur pro specie *Hebete* a CNEPHALIIS divisa genus SPA-LANZANIÆ adoptandum fore, quia sic unum et alterum characte bus præcisioribus distincta essent, dum pari modo eorum d ferentia ab affinibus firma maneret. — Hoc statuto, a gener bus proximis et inter se, characteribus istis distincta erun silens de notis communibus, ut supra notatis.

A. *Antennarum* articulus secundus in utroque sexu parum brevi vel non longior tertio. — *Aristæ* articulus secundus pau longiusculus; primus subindistinctus. — *Unci* tarsorum (mare) antici tantum obtruncati.

Gen. SPALLANZANIA *Desv.*

AA. *Antennarum* articulus secundus in utroque sexu longior terti isto in masculis dorso haud dilatato convexo. — *Arist* articulus secundus parum longiusculus. — *Unci* tarsorum a ticorum et intermediorum in mare obtruncati.

Gen CNEPHALIA *Rndn.*

Gen. Spallanzaniæ

A. *Vena* quinta longitudinalis cubito appendiculato. — *Abdomen* lateribus distincte rufo-maculatis.

Sp. 1. Tessellata *Macq.*

AA. *Vena* quinta longitudinalis cubito haud manifeste appendiculato. — *Abdomen* lateribus non rufo-maculatis, vix in varietate aliqua, puncto rufescente-fusco parum perspicuo.

B. *Arista* fere usque ad apicem satis crassa.

Sp. 2. Hebes *Fall.*

BB. *Arista* in medietate basali tantum valde incrassata.

Sp. 3. Montana *Mihi.*

Gen. Cnephaliæ

A. *Abdominis* segmentum primum macrochetis dorsualibus duabus; secundum macrochetis sex.

Sp. 4. Multisetosa *Mihi.*

AA. *Abdominis* segmentum primum macrochetis dorsualibus destitutum; secundum macrochetis quatuor præditum.

Gen. Chephaliæ

B. *Caliptera* alba. — *Vena* transvers exterior parum sinuosa.

Sp. 5. Albisquama *Mihi.*

BB. *Caliptera* fuliginosa. — *Vena* transversa exterior satis sinuosa.

Sp. 6. Fuscisquama *Mihi.*

Observat. et Synonym.

Sp. 1. *S.* Tesselata *Macq:*

V. Descript. in Diariis (Annal: Soc: Entomol: Galliæ 1845)

Species a me non observata, sed eam inter Italicas locav quia teste Macquartio in Sardinia lecta fuit a Pro Geneo.

Sp. 2. *S.* Hebes *Fall. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*
Gallica (*Var?*) *Desv. Macq.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

Diagnosibus auctorum adde. — *Abdomen* segmento prim macrochetis dorsualibus destituto: secundo duab tantum intermediis, marginalibus prædito. — *Un* tarsorum anticorum obtruncati.

Non rara in planitie et collibus ditionis parmensis, præse tim tempore autumnali. — A Pedemontio quoq

specimina aliqua ejusdem accepi, ibi capta a Prof. Bellardi.

---

p. 3. S. MONTANA *Mihi*. Mas: *Long. Mill.* 13.

Mas: Nigricans, *Capite* albidi nitente, *thorace* cinerei vittato, *abdomine* grisei adsperso et tessellato. — *Antennæ* nigræ, articulis secundo ed tertio subæque longis, secundo apice et basi paulo rufescente; *arista* brevi, in medietate basali satis crassa. — *Peristomii* limbus, et apex palporum testacei. — *Scutellum* rufescens. — *Caliptera* alba. — *Abdominis* segmentum primum macrochetis nullis, secundum sex marginalibus. — *Pulvilli* longi albi, tarsorum anticorum uncus tantum exterior obtruncatus, interior longus et integer.

Semel a me captus in Apennino parmensi, mense augusto, in floribus *Dauci Carotæ*.

---

p. 4. *Cn.* MULTISETOSA *Mihi*.
Maris *Longit. Mill.* 12.

Antennarum articulus intermedius paulo longior tertio; primus et secundus nigricantes, apicibus rufescentibus; tertius cum arista niger, arista ultra medium distincte incrassata. — *Caput* nigricans, albidi sub-argentei micans; vitta frontali picea; genis, setis exilibus sed plurimis sparsis. — *Palpi* fuscorufi. — *Thorax* grisescens vittis quatuor nigricantibus. — *Scutellum* fusco-testaceum, basi fusciore. — *Caliptera* alba. —

Abdomen griseo-cinerascens, maculis fuscis nigricanti bus tessellatum; dorso segmenti primi macrocheti duabus secundi macrochetis sex marginalibus. — ***Pe des*** nigri, pulvillis fuscis; uncis tarsorum anticoru et intermediorum obtruncatis.

Semel captus a me, tempore æstivo, in colle ditionis par mensis.

Sp. 5. *Cn.* Albisquama *Mihi.* — Longit. *Mill.* 11.

Similis habitu et colore speciei præcedenti, tamen satis di stincta. — 1. *Statura* minore. — 2. *Segmento* prim abdominis macrochetis destituto. — 3. *Segmento* se cundo, macrochetis quatuor non sex prædito. — 4 *Lateribus* abdominis plus minusve rufescentibus i utroque sexu.

Cæteri characteres ut in *Multisetosa*, quibus adde.

Alarum vena tranversa exterior parum sinuosa.

Mas a me bis lectus mense Junio, in collibus sub-apennini agri parmensis, *fæmina* semel capta in montuosis.

Sp. 6. *Cn.* Fuscisquama *Mihi.*

Maris *Longit. Mill.* 13.

Similis maribus specierum præcedentium, a quibus tame difert. — 1. Statura majore. — 2. Calipteris fuligi nosis, non albidis. — 3. Vena transversa exteriore i parte supera valde intus flexa: præterea. — ***Antenna rum*** articulus secundus, in hac, magis rufescens, *capitis* color magis nigricans observatur.

Multisetosa etiam distincta, macrochetis abdominalibus, ut in *Albisquama*, numero minori.

emel captus, in ditionis parmensis collibus.

Genus 10 (bis) SCHINERIA *Mihi.*

CHARACT: GENER:

Arista satis brevior antennis, articulo primo longiusculo, secundo longiore, tertio præcedentium conjunctim longitudinem vix superante. — *Antennæ* elongatæ, articulo tertio longitudine parum majore secundi. — *Genæ* latæ, setulis pluribus sparsis. — *Palpi* ad epistomium porrecti. — *Oculi* nudi. — *Alarum* vena transversa exterior satis distans ab interiori. — *Abdomen* macrochetis aliquibus discoidalibus in segmentis intermediis. — *Genitalia* maris porrecta. — *Unci* antici non obtruncati.

SPECIES ITALICA 1. TERGESTINA *Mihi.*

Sp. 1. S. Tergestina *Mihi.*

Mas: *Genœ* albicantes. — *Frons* nigricans, vitta picea, lata. — *Antennœ* nigræ, vix apice et basi articuli secundi rufescentibus. — *Palpi* testacei. — *Thorax* cum scutello niger. — *Caliptera* alba. — *Alœ* fuscescentes, basi et costa paulo luteis; vena quinta longitudinali supra cubitum intus valde incurvata, apice in costali quartam tangente: transversa exteriore sinuosa et obliqua. — *Abdomen* segmentis tribus basalibus rufis fascia dorsuali et alia ventrali longitudinalibus, postice dilatatis nigris, segmento ultimo nigro; isto et præcedente ad basim fasciola transversa albicante. — *Pedes* atri.

Ad Tergestum inventa a D. Schiner.

Genus 12. **ECHINOMYA** *Dumer. Latr. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*

Tachina *Fabr. Fall. Mgn. Walk.*

(Macromydæ *part. Desv.*).

Musca *Lin. Petagna Rossi.* f. a. —

Servillia *Mgn.* p.

Charact. Gener.

Antennarum articulus intermedius in utroque sexu longior ultimo, vel raro in masculis sub-æqualis ultimo, isto sæpius dilatato, dorso convexo. — *Aristæ* articuli duo primi plus minusve longiusculi, sed cum tertio non geniculati. — *Oculi* nudi, in fronte utriusque sexus distantes. — *Genæ* latæ sed non tumidæ, nec setis numerosis sparsis, istis vel nullis, vel paucis inferis tantum, quamvis tomentosæ vel pilosæ. — *Palpi* usque vel ultra epistomium producti. — *Abdomen* macrochetis dorsualibus ad marginem tantum segmentorum intermediorum præditum (E. Regali excepta setis aliquibus etiam discoidalibus instructa) — *Alarum* vena transversa exterior satis distans ab interiori, et proxima cubito quintæ longitudinalis: isto anguloso non rotundato, et appendicula saltem spuria prædito. — *Tarsi* quatuor anteriores in fœmina dilatati; in mare pulvillis et uncis majoribus, istis nullis obtruncatis.

Species Italicæ

A. *Genæ* macrochetis nullis præditæ, etiamsi pilosulæ, vel setulis exilibus præditæ.

B. *Abdomen* dorso segmentorum intermediorum setis aliquibus discoidalibus, præter marginales instructo.

Sp. 1. Regalis *Bellardi.*

BB. *Abdomen* segmentorum intermediorum dorso macrochetis marginalibus tantum prædito.

C. *Caliptera* nigra.

Sp. 2. Grossa *Lin.*

CC. *Caliptera* albida, flavicantia, vel leviter fuscescentia.

D. *Abdomen* ut *Thorax* et *scutellum*, pilis longis exilibus et crebris hirtum, præter setas ordinarias.

E. *Frons* setis validis et non satis numerosis instructa.

Sp. 3. Pedemontana *Macq.*

EE. *Frons* setis exilibus et satis numerosis instructa.

F. *Genæ* pilis nigricantibus hirtæ.

Sp. 4. Ursina *Mgn.*

FF. *Genæ* pilis vel omnibus vel fere omnibus lutescentibus hirtæ.

Sp. 5. Lurida *Fabr.*

DD. *Abdomen* inter setas ordinarias non longe pilosum, sed breviter setulosum.

G. *Pedes* vel toti vel partim testacei. — *Abdomen* segmento primo macrochetis dorsualibus non nullis prædito.

H. *Abdominis* segmentum tertium, macrochetis saltem viginti marginatum: *Color* fusco-rubescens.

Sp. 6. Casta *Mihi.*

HH. *Abdominis* segmentum tertium macrochetis circiter quatuordecim marginatum. — *Color* rufus vel testaceus.

I. *Tarsi* toti testacei, vel raro anticis et intermediis articulorum apice, aut lateribus fuscis; *posticis tamen etiam articulo apicali testaceo.*

II. *Tarsi* magis vel minus late nigri vel nigricantes; posticis saltem articulis aliquibus apicalibus nigricantibus.

K. *Abdominis* fascia nigra dorsualis magis vel minus longe ab ano distens, apice vel attenuata vel non dilatata.

Sp. 8. NUPTA *Mihi.*

KK· *Abdominis* fascia nigra dorsualis ad anum producta, et apice plus minusve dilatata.

L. *Antennæ* articulo secundo testaceo, non in medio infuscato. — *Aristæ* articulus intermedius satis longior primo brevi.

Sp. 9. CONJUGATA *Mihi.*

LL. *Antennæ* articulo secundo in medio plus minusve infuscato. — *Aristæ* articulus intermedius, in fœm: longitudine parum diversa primi, vel saltem non duplo longior primo, in mare.

Sp. 10. PRÆCEPS *Mgn.*

GG. *Pedes* toti nigri vel nigricantes. — *Abdomen* segmento primo macrochetis dorsualibus destituto.

Sp. 11. FEROX *Panz.*

AA. *Genæ* macrochetis aliquibus distinctis præditæ.

M. *Abdomen* fascia nigra dorsuali ad anum producta: segmento secundo macrochetis duabus validis dorsualibus instructo in utroque sexu. — *Tarsi* antici in fœmina satis dilatati.

N. *Antennæ* totæ nigræ.

Sp. 12. TESSELLATA *Fabr.*

NN. *Antennæ* articulis primis rufis vel rufescentibus.

O. *Scutellum* rufescens. — *Abdomen* in utroque sexu fascia nigra dorsuali lata et integra.

Sp. 13. Ruficeps *Macq.*

OO. *Scutellum* nigrum. — *Abdomen* fascia nigra dorsuali, vel angusta et sub-interrupta in utroque sexu, vel fœminæ in maculas divisa.

Sp. 14. Ferina *Walb.*

MM. *Abdomen* fascia nigra dorsuali ad anum non producta: segmento secundo maris, macrochetis quatuor prædito dorsualibus, quarum interpositæ distincte minores. — *Tarsi* antici fœminæ parum dilatati.

Sp. 15. Sphyricera *Macq.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. E. Regalis *Bell.* (in litteris) Longit: *Mill.* 14 *circiter.*

Fœm: *Facies* et *Genæ* flavo-sub aureæ; — *Frons* ut *vertex* nigricante-lutescens, vitta intermedia nigra-opaca, paulo rubescente. — *Antennæ* articulis primis rufis, ultimo nigro basi rufescente. — *Aristæ* nigræ articulus primus sub indistinctus; secundus parum elongatus. — *Thorax* nigro-nitens. — *Scutellum* rufum totum, vel basi nigricante, extrinsecus fusco-rufum. —

Caliptera flavo-sub-aurea. — *Abdomen* nigro-nitens, lateribus macula magna fusco-rufa in tria prima segmenta expansa, fascia nigra dorsuali ad apicem segmentorum secundi et tertii dilatata: in dorso primi et secundi macrochetæ vel duæ vel quatuor marginales adsunt; secundi et terti setæ aliquæ etiam discoidales. — *Pedes* nigri, tibiis saltem posticis paulo rufo-piceis, pulvillis luride albis, uncis basi rufescentibus, tertia parte apicali nigra. — *Alæ* paulo fuscescentes, basi flavida.

E. Marklinii Zett. proxima videtur, et distincta

1. *Genis* et *Facie* sub-aureis, non flavo-albidis.
2. *Tibiis* saltem posticis manifeste piceo-subrufis, nec pedibus totis atris.
3. *Uncis* tarsorum apice late nigris, non totis rufis.
4. *Setis* discoidalibus segmentorum intermediorum, non ut ait Clar. Zett. in descriptione generica Echinomyarum « Abdomen ad incisuras tantum rigide setosum. »

Pulcherrimæ hujus speciei unicum exemplar fœmineum legit in Pedemontio Prof. Bellardi, et alterum pariter fœmineum nuper accepi a D. Schiner, prope Tergestum, ab eodem inventum.

Sp. 2. E. Grossa *Lin. Rossi.* f. e. *Fall. Mgn. Fabr. Latr. Desv. Macq. Zett. Walk.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

Non frequens in agro parmensi, minus rara in collibus tempore autumnali. — In Pedemontio lecta quoque

a P. Bellardi, in Liguria a Mussino, in Etruria a Picciolio.

Sp. 3. E. Pedemontana *Macq.*

V. Descript. Macquartii in Diariis Societ. Entomol: Galliæ 1843.

Sp. a me non observata, sed teste Macquartio eam in Pedemontio legit March. De-Breme.

(Nota) Nisi ista Echin: setas frontales paucas et validas præberet ut Clar Macq: observavit, cum varietatibus. E. *Ursinæ* feminæ, a diagnosi confundenda.

Sp. 4. E. Ursina *Mgn. Desv. Macq.*
Pilosa *Desv.*

V. Descript. in operib. Meig. et Macq. quibus adde:

Genæ pilis longis et crebris nigricantibus præditæ. — *Antennæ* articulo secundo fusco-rufescente vel piceo. — *Abdomen* maris plus minusve late fusco-testaceum ad latera; segmento primo macrochetis marginalibus in dorso 6-8; secundo 8-10 præbentibus.

Rarissimo a me inventa in Apennino parmensi. — Minus rara videtur in Pedemontio, nam ab Equite Truqui, a Bellardi, a Mussino, ejusdem specimina nonnulla accepi.

Sp. 5. E. Lurida *Fabr. Rossi.* f. e. *Mgn. Macq.*
Leucocoma *Mgn. Macq.* — Cuculliæ et Lateralis *Desv.*

V. Descript. in operibus Meig. et Macquartii, quibus adde

Genæ pilis longis et crebris, vel omnibus, vel fere omnibus lutescentibus. — *Abdomen* segmento primo macrochetis in dorso 4-6; secundo 6-8 instructis. — *Antennæ* articulo secundo nigricante.

Vulgaris in agri parmensis collibus, rarior in planitie.

Legitur primo vere, in floribus variis; post Junium numquam a me inventa.

(Nota) Fœminæ abdomen non raro fasciolas albicantes ad basim segmentorum præbet, et hinc facilius E. *Leucocoma* Meigenii.

Sp. 6. E. Casta *Mihi.* — Longit. *Mill.* 14-15 Mas. Fœm.

Facies albido-rubescens. — *Frons* nigro-cinerascens, vitta intermedia rufa. — *Genæ* nigro-pilosulæ, macrochetis nullis. — *Antennæ* articulis primis ferrugineis, tertio cum arista nigro. — *Thorax* nigricans, lateribus, maculis pleurarum, et scutello rufis. — *Caliptera* albicantia. — *Abdomen* fusco-rubescens, fascia nigra dorsuali lata, ab ano distante, et in singulo segmento ad basim latiore, ad marginem posticum angustata: segmento secundo macrochetis marginalibus in dorso normaliter sex; tertio setis circiter viginti marginato. — *Pedes* rufescente-testacei, tarsorum quatuor anteriorum articulis duobus ultimis, et posticorum articulo apicali nigricantibus. — *Alæ* paulo fuscescentes, venarum limbo anguste fusciore.

Colore, pictura, et magnitudine vix variat.

Non infrequens in agri parmensis collibus tempore autumnali, flores præsertim mentarum diligens.

Sp. 7. E. FERA *Lin. Fabr. Fall. Mgn. Latr. Desv. Macq. Zett. Walk. Rndn.*

VIRGO *Mgn. Zett. Macq.* — RUBRICORNIS, INTERMEDIA TESTACEA, et aliæ *Desv.*

V. Descript. in op: Zetterstedtii, esclusis varietatibus, tarsis apice nigricantibus, et vitta nigra abdominis apice dilatata.

E. Feræ Linnei, notæ præcipuæ distinctionis sunt:

1. *Tarsi* toti testacei, vel ad summum articulis quatuor anticorum lateribus, aut apice, paulo infuscatis, sed posticorum omnibus, etiam apicali testaceis.

2. *Vitta* nigra abdominalis plus vel minus distat ab ano, et apice plus vel minus, sed semper attenuata, sub-acuminata, dum ad basim segmentorum latior, ad apicem angustior observatur.

3. *Antennæ* articulo quoque ultimo testaceo vel fusco-rufescente, et quamvis apice páulo fusciore, numquam distincte nigricante.

4. *Femora* in fœminis semper rufescentia, saltem late in parte apicali, nisi tota.

Variat plurimum statura, colore abdominis, latitudine fasciæ nigræ dorsualis, nec non colore pedum et antennarum.

Vulgaris toto anno entomologico in planitie et montuosis

agri parmensis; in aliis quoque regionibus Ausoniæ communis, a Pedemontio ad Siciliam (1).

Sp. 8. E. Nupta *Mihi*.

Errans? *Desv. Macq.* — Feræ (Var.) *Rossi. f. e. Petag. Zett. et alior:*

Virgo (Var.) *Mgn.* — Tessellata (Var.) *Desv. Macq. (non Meig.)*

Distincta a præcedente cui similis.

♀. *Tarsis* omnibus nigricantibus vel nigris, basi excepta rufescente; quatuor primis fere totis, posticis saltem articulo ultimo nigricante.

---

(1) Io porto opinione che le molte varietà di alcune specie in questo genere, provvengano dagli accoppiamenti di due o tre specie distinte, e degli ibridi che ne sortono, e fra loro e cogli individui delle specie da cui provennero.

È impossibile stabilire con sicurezza a quali specie degli autori si debbano riportare tutte le innumerevoli varietà di alcune echinomie, perchè talora si è data troppa importanza a lievissimi e non stabili caratteri, e sonosi moltiplicate le specie oltre misura, e talora non potendo fra esse scoprire alcuna nota costante ed importante distintiva, furono tutte riunite in una sola specie.

Fra queste incertezze io ho creduto che ad evitare i due eccessi, si dovessero fissare le differenze estreme e stabili fra tutte le varietà, le quali stabilirebbero così alcune specie tipiche a cui debbano riportarsi, secondo che più all' una che all' altra somigliano, tutte le verità intermedie.

2. *Vitta* dorsuali nigra abdomininis, lateribus subrectis, seu ad basim segmentorum non manifeste latiore.

3. *Femoribus* etiam in fœmina magis vel minus late nigricantibus.

4. *Antennis* articulo ultimo semper nigro vel nigricante, ad summum macula infera, ad basim, rufescente signato.

A sæquente vero cui iterum similis distincta.

Fascia nigra dorsuali

1. Apice, ab ano plus minusve distante.

2. In parte apicali, vel sub acuminata, vel certæ non dilatata.

3. Marginibus subrectis, seu nec ad basim, nec ad marginem posticum segmentorum latiore.

Varietates plures hujus speciei ut in præcedente observantur, sed illis diligenter studendo, facile speciei propriæ eas referas.

Vulgaris in tota Italia, cum præcedente legitur, et sæpius tempore æstivo

---

Sp. 9. E. CONJUGATA *Mihi.*

TESSELLATA *Desv. Macq.* (*non Mgn.*) — FERA (Var.) *Rossi. Petag. Zett. et Alior.* — INTERMEDIA? ERRANS? etc. *Desv.*

Duabus præcedentibus sed magis E. Nuptæ similis, et distincta ab una et ab altera, fascia nigra dorsuali abdominis in ista.

1. Ad apicem plus minusve dilatata, et aliquando tantum, ut anum totum late cinctum nigredine videatur.

2. Lateribus ad marginem posticum segmentorum plus mi-

nusve dilatatis, non attenuatis ut in *Fera*, et non subrectis ut in *Nupta*.

Colore vero tarsorum et antennarum plus minusve late nigro, magis distincta ab E. *Fera*.

Ut species supra descriptæ variat plurime statura colore etc: et in aliqua varietate, fascia dorsualis in maculas, vel sejunctas vel confluentes transformata videtur, nunc parvas, nunc minimas, et aliquando etiam subnullas, et hinc forsitan E. *Errans* Desv.

In agro parmensi vulgaris, cum præcedentibus passim occurrit, et etiam in tota Italia communissima, nam varietates plures possideo, a Pedemontio, Insubria, Etruria, Regno Neapolitano, insula Melita, Sardinia etc. missas.

Sp. **10.** E. Præceps *Mgn. Macq.*

Pusilla (Var.) *Macq.* Fœm. — Argentifrons (Var.) Mas. *Macq.* s. B.

Species similis habitu et statura varietatibus non nullis echinomyarum præcedentium, sed ab omnibus satis distincta, præsertim:

Longitudine articuli primi *aristæ* secundo subæqualis vel parum minoris, et *antennarum* articulo secundo, magis vel minus, sed semper in medio nigricante.

Præterea *Facies* argenteo-albida. — *Alarum* basis flavescens. — *Pedes* varie nigricantis et fusci maculati et vittati, nec non forma corporis longior et angustior, speciem manifeste diversam designant.

Variat plurime statura, colore pedum antennarum abdominis etc., unde species nonnullæ pro varietatibus conditæ fuerunt.

In tota Italia non infrequens; ejusdem specimina Insubrica, Etrusca, Sicula etc. possideo, præter ea quæ in agro parmensi a me capta fuerunt, ubi non rara tempore æstivo et autumnali, tam in planitie quam in collibus.

Sp. 11. E. Ferox *Panz. Mgn. Macq. Desv. Zett. Walk.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii, cui adde:

Abdominis segmentum primum macrochetis dorsualibus nullis.

Palpi in mare filiformes, in fœmina clavati.

Raro lecta in Apennino parmensi a Doct. Bertèo et a me, tempore æstivo. — In Pedemontio quoque inventa a Prof. Bellardi, et in agro Tridentino a D. De-Bertolini.

Sp. 12. E. Tessellata *Fabr. Mgn. Zett. Stæg.* (in litteris) — (non Desv. nec Macq.) *Walk.* (esclusa Synon. Macquartii) — Prompta *Macq.* (non Mgn.) — Rubescens? (1) *Desv. Macq.* — Nigricornis (Var.) *Mgn. Desv.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

---

(1) Rubescens Desv. articulum secundum aristæ primo subæquale præbet: an var: E. *Præcipitis*? an Sp. distincta? si talis, exclude Syn: Macquartii *Argentifrons*.

E. *Prompta* Meigenii ab ista difert, præsertim quia scutellum nigrum, non rufescentem præbet. — An istius Varietas?

In *Tessellata*, fascia nigra abdominalis satis variat latitudine et forma; non raro in maculas distinctas divisa tam in mare quam in fœmina, et in ista aliquando etiam sub-indistincta, vel macula marginali tantum manifesta in segmentis duobus ultimis, vel unica adest in ultimo, et sic abdomen fere totum rubescens.

Vulgaris tam in planitie quam in montuosis agri parmensis, tempore æstivo et autumnali. — In tota Italia etiam frequens, nam ab amicis in boreali, meridionali, et media Italia habitantibus frequenter speciei exemplaria accepi.

Sp. 13. E. Ruficeps *Macq.*
Collina *Mihi.* (*Olim in litteris*).

V. Descript. Macquartii in Diariis Soc. Ent. Galliæ 1844.

Species non variat distincte, nec colore nec statura.

Frequens in ditionis parmensis collibus, a martio ad majum, rara in planitie. In Pedemontio quoque vivit ubi eam invenit March. De Breme, teste Macquartio.

Sp. 14. E. Ferina *Walb. Zett.*
Monticola *Mihi.* (*olim in litteris*).

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

Ut in E. *Tessellata* articuli duo primi aristæ longitudine sunt parum diversi.

Species satis variabilis, colore abdominis, et latitudine et forma fasciæ nigræ dorsualis, quæ in fœminis, fere semper, maculis vel sub-contiguis vel distantibus constituta est.

Non frequenter lecta in Apennino parmensi a Doct. Bertèo, et tempore æstivo in collibus a meipso. — Prof. Bellardi eam quoque legit in Pedemontio.

Sp. 15. E. Sphyricera *Mgn. Macq.*

Palustris *Mihi. (olim in litteris).*

V. Descript. in Diariis Soc. Ent. Gall. 1845.

Fœminæ speciei a me observatæ omnes fasciam abdominis nigram in maculas divisam præbent, vel subconfluentes vel non.

In planitie Parmensi præsertim prope aquas stagnales legitur, qua ratione eam apellavi *palustrem.* — Non frequens primo vere. — Exemplar masculum speciei prope Mantuam captum a Comite D' Arco accepi.

Genus 12. CYPHOCERA *Macq. 1845. (Ann. Soc. Ent. Gall:) —*

Palpibraca *Rndn. 1845 (Annali dei Naturalisti asp. di Napoli).*

Micropalpus *Macq. Mgn.*

Charact. Gener.

Ut in Echinomya, palpis exceptis, in hoc brevissimis et sub-indistinctis. — adde.

Genæ macrochetis aliquibus inferne præditæ.

Abdomen segmentorum intermodiorum dorso, macrochetis discoidalibus destituto. — *Oculi* nudi, in fronte distantes tam in mare, quam in fœmina, et setis in utroque sexu æqualibus.

Tarsi fœminæ parum dilatati; maris pulvillis et uncis longioribus, istis non-obtruncatis etc.

Species Italicæ

A. *Peristomium* sub-oculos nudum. — *Abdomen* (saltem in fœmina) fusco-rufum, vitta tantum dorsuali nigra.

Sp. 1. Pyrrogaster *Mihi.*

AA. *Peristomium* sub oculos setulosum.

Abdomen in utroque sexu nigricans et cinerascens, ano rufo.

Sp. 2. Ruficornis *Macq.*

Observat. et Synonym.

Sp. 1. C. Pyrrogaster *Mihi.* Fœm. *Longit. Mill.* 12-14.

Caput album; frontis lateribus paulo griseis, vitta interme-

dia fulvescente; genis macrochetis duabus præditis, alibi ut peristomium, præter setas orales et frontales subnudum. — *Antennæ* articulis duobus primis rufis, tertio nigro, macula fusco-rufa infera ad basim. — *Thorax* niger dorso grisescente, vittis fuscioribus saltem antice manifestis; humeris et pleuris griseis; angulis posticis et scutello testaceis. — *Caliptera* alba. — *Abdomen* fusco-rubescens, albidi dilute tessellatum, vitta dorsuali nigricante abbreviata, seu ad basim tantum segmenti ultimi producta, apice attenuato sub-acuminato. — *Alæ* paulo griseæ, basi et limbo venarum fusco-lutescentibus. — *Pedes* toti nigri pulvillis albicantibus.

Istius Cyphoceræ fœminas septem inveni tempore autumnali in collibus ditionis parmensis, sed mas mihi ignotus, nonne colore diverso cum aliis confusus, et inde neglectus? aut satis rarior fœmina?

Sp. 2. C. Ruficornis *Macq. Mgn.*

Hemorrhoidata *Rndn.* (*Annali dei Naturalisti di Napoli* 1845). (*)

(*) Quando io pubblicava i caratteri del mio genere Palpibraca e della specie tipica per cui veniva progettato, nessuno certo avrebbe creduto che il *Micropalpus ruficornis* del Macquart potesse essere identico insetto, a quello che io descriveva, e se nell' anno medesimo della mia pubblicazione non sortiva il lavoro del Macquart per cui si conobbero i veri caratteri della sua specie, il nome *Hemorrhoidata* che gli veniva da me imposto, sarebbe stato accettato senza contrasto.

V. Descript. Macquartii in Diar. Societ. Entom. Galliæ 1845

Maris abdomen sæpe plus vel minus ad latera rufescit.

Statura satis variat, non colore.

Adde characteribus a Macquartio notatis; *peristomium* sub-oculos præter setas orales setulosum.

Species communissima in agri parmensis collibus, et etiam in planitie vulgaris, tempore æstivo et autumnali.

In aliis quoque provinciis Italicis vivit, nam in Pedemontio eam legerunt De-Breme et Bellardi; In Sardinia Geneus, et prope Tergestum Schiner.

Genus 13. MICROPALPUS *Macq. Mgn. Rndn.*
Tachina *Fall. Zett. Mgn. Walk.*
Anthophilæ *Desv.*
Musca *Passer.*

Charact. Gener.

Palpi brevissimi, seta apicali distincta; seta et non palpi extrinsecus manifesta. — *Oculi* pilosi, in fronte utriusque sexus distantes. — *Antennæ* a latere observatæ, supra medium oculorum manifeste insertæ, quarum articulus secundus magis vel minus brevior tertio. — *Aristæ* articulus basalis brevissimus, secundus plus minusve longiusculus, sed valde brevior tertio. —

Series setarum: frontales usque ad apicem articuli secundi antennarum in genis descendentes; *orales* supra vibrissas ordinarias parum ascendentes. — *Alæ* vena longitudinali quinta angulatim non arcuatim flexa, angulo appendice saltem spuria prædito: vena transversa exteriore satis proxima cubito quintæ longitudinalis, et inde distante a transversaria interiori: Spinula costali brevissima vel subnulla. — *Abdomen* macrochetis præditum marginalibus et discoïdalibus in dorso segmentorum intermediorum. — *Tarsi* antici in fœmina manifeste latiores: in mare pulvillis et uncis longioribus, istis non obtruncatis.

Species Italicæ

A. *Antennarum* articuli duo basales fulvi.

Sp. 1. Sophia *Desv.*

AA. *Antennarum* articuli duo primi, nigri vel nigricantes.

B. *Vena quarta* longitudinalis alarum spinulosa ab origine usque contra apicem primæ, vel paulo minus

C. *Abdomen* in mare totum nigricans, nec lateribus nec apice rufescentibus, sed genitalibus tantum rufis. — *Pedes* in fœmina femoribus rufis, alibi nigricantes, vel rufo picei.

a. (Mas.) *Frons* seriebus quatuor setarum.

(Fœm.) *Abdomen* segmento secundo setis 4, dorsualibus.

Sp. 2. Lythosiophagus *Mihi.*

aa. (Mas.) *Frons* seriebus duabus tantum setarum.

(Fœm) *Abdomen* segmento secundo setis dorsualibus 2.

Sp. 3. Frater *Mihi.*

CC. *Abdomen* maris lateribus magis vel minus late et distincte rufescentibus. — *Pedes* in fœmina ut in mare, femoribus nigris vel nigricantibus.

D. *Abdomen* in utroque sexu apice late rufo, genitalibus maris rufescentibus. — *Peristomium* præter macrochetas orales, tam in mare quam in fœmina, setulis nigris instructum.

Sp. 4. Impudicus *Mihi.*

DD. *Abdomen* ad apicem non late rufum: genitalibus in mare nigricantibus. — *Peristomium* in utroque sexu, præter setas orales, pilosulum sed non setulosum.

Sp. 5. Pudicus *Mihi.*

BB. *Vena* quarta longitudinalis prope originem setulis paucis ciliata.

E. *Pedes* toti nigri vel nigricantes, tibiis solum aliquando fusco testaceis.

F. *Vitta frontalis* nigra vel nigricans. — *Aristæ* articulus penultimus satis brevis.

Sp. 6. Hemorrhoidalis *Fall.*

FF. *Vitta* frontalis fulvo-flavescens, — *Arista* articulo intermedio distincte longiusculo.

Sp. 7. Comptus *Fall.*

EE. *Pedes*, tarsis exceptis, fulvo-testacei.

Sp. 8. Vulpinus *Fall.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. M. Sophia *Desv. Macq. Mgn.*

Species a me non observata, quæ præcipue difert a congeneribus, colore rufo articulorum basalium antennarum. In Sicilia lecta a Lefebvreo, teste Desvoidyo.

Sp. 2. M. Lythosiophagus *Rndn.* (*in Litt. et in Museo Bononiensi*).

Musca Larvarum *Passer.* (*esclus. Synon. Linnei*). In diariis. Atti dell' Accademia dei Georgofili *Vol XXI* = 1845.

Mas. Fœm. Longit. *Mill.* 6-7.

Uterque sexus niger nitidus, *facie* sericeo-albicante, *fronte* seriebus 4 macrochetarum, vitta intermedia nigro-sub-rubescente; *Peristomium* præter setas orales setulosum. — *Antennæ* nigræ articulis primis interdum paulo rufescentibus. — *Arista* articulo penultimo breviusculo. — *Thorax* vittis quinque et pleuris cinerascentibus. — *Scutellum* totum vel fere totum testaceum. — *Abdomen* cinerei leviter tessellatum. — *Alæ* sublimpidæ, vix prope basim paulo infuscatæ; vena quarta longitudinali ab origine usque contra tran-

sversam interiorem setulosa; transversaria exteriore duplo circiter distante ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis. — *Caliptera* alba.

Maris *Articulus tertius* antennarum duplo longior et satis latior præcedente. — *Femora* nigra. — *Genitalia* rufa.

Fœminæ *articulus* tertius antennarum non bilongior præcedente et non distincte dilatatus. — *Pedes* femoribus rufis. — *Abdomen* segmento secundo, setis in dorso duabus marginalibus, et duabus discoidalibus.

Non infrequens in agro parmensi a Majo ad Octobrem, tam in planitie quam in collibus. — Mas tamen rarior.

Ejus larva vivit in erucis Lythosiæ *Caniolæ*, ut observavit Prof. Carolus Passerini, qui speciem credidit *Muscam Larvarum* esse Linnei. — Ego quoque plura exemplaria speciei obtinui, ex pupis orta lepidopteri ejusdem.

Sp. 3. M. Frater *Mihi*. — Longit. *Mill*. 8–9.

Similis habitu præcedenti, at distinctissimus, 1.° Statura majore. 2.° *Fronte* (in mare) seriebus duabus tantum setarum. 3.° *Abdomine* (in fœmina) segmento secundo macrochetis dorsualibus duabus tantum ad marginem posticum.

Non infrequens tempore æstivo in Apennino parmensi, supra flores umbellatarum.

Sp. 4. M. Impudicus *Mihi*.

Hæmorrhoidalis *Macq.* (*esclus: Synon*) Annal. Soc. Ent. *Desv.*

Nubilus? Fœm. *Mgn.* — Rapidus? Mas. *Mgn.*

Species ista æqualis mihi videtur *Hæmorrhoidali* Macquartii, in diariis Societatis Entomologicæ Galliæ descriptæ, quæ distincta est a specie Fallenii hoc nomine nuncupata, cui vocabulum distinctivum magis antiqum servando, Micropalpum Macquartii nomine diverso apellare necesse erat.

Species Falleniana, diagnosibus Zetterstedtii et Meigenii attente studendo, a nostra satis distincta videtur, quia in illis de rufescentia anali vel apicali abdominis maris, tantum loquitur, inde *hæmorrhoidalis* typicæ, in fœmina abdomen non rufo-marginatum ad apicem, et in mare genitalia tantum rufa esse cognoscitur; dum in utroque sexu *Impudici*, abdominis segmentum ultimum fascia rufa apicali marginatum est.

Dubitanter in synonymya *Micropalpi* nostri, marem *Tachinæ Rapidæ* et fœminam *Tachinæ Nubilæ* Meigenii pertinere dixi, sed etiam si hoc verum, pariter *Impudici* nomen retinendum est, quia species, duabus instructa, nec unam nec alteram sejunctim repræsentat, et tamquam nova consideranda.

Diagnosibus auctorum ut puto speciei nostræ referendis adde:

Peristomium præter setas orales setulosum. — *Vena* quarta longitudinalis ab origine usque contra apicem primæ setulosa. — *Abdomen* maris lateribus rufo-maculatis, et apice segmenti quarti, (non ano nec genitalibus

tantum) late rufo: Fœminæ segmento ultimo saltem quarta parte apicali rufa.

Pedes utriusque sexus, tibiis sæpe fusco-rufescentibus.

Non fræquens in collibus subapenninis ditionis parmensis, mares rariores.

Sp. 5. M. Pudicus *Mihi*. — Maris Longit. *Mill.* 9.

Similis mari *Impudici* colore frontis, pedum, thoracis etc., nec non setulis venæ quartæ longitudinalis, sed tamen distinctissimus; 1. *Statura* minori; 2. *Peristomio* præter setas orales pilosulo sed non setoso. — 3. *Abdominis* lateribus anguste ad basim tantum rufescentibus. — 4. *Segmento* ultimo abdominali ad apicem linea tantum marginali testacea angusta, et non late rufo. — 5. *Genitalibus* nigricantibus, non rufescentibus.

Semel marem speciei accepi a Clar. Genéo, in Pedemontio captum.

Sp. 6. M. Hæmorrhoidalis *Fall. Mgn. Zett. Macq.* (S. Buf.) Analis *Macq.* (An. Soc. E.) — Picta? (Fœm.) *Mgn.* Marmorata? (Fœm.) *Mgn. Macq.* (1).

---

(1) Sp. *Marmoratus* et *Pictus* Meigenii vel fœminæ *Hemorrhoidalis* varietates repræsentant, vel *Tessellanti* Desv, mihi ignoti, fœminæ referendæ, nisi etiam sp. ista falleniana conjungenda sit.

V. Descript. in opere Zetterstedtii, cui adde:

Peristomium præter macrochetas orales setulosum. — *Vena* quarta longitudinalis ad originem tantum setulis paucis instructa.

Confer observationes meas circa Mic: Impudicum

In agro parmensi et in Pedemontio captus. — In Apennino parmensi eum invenit raro Doct. Bertéus, in provinciis pedemontanis olim Genéus et nuper Bellardi legerunt, ubi minus rarus videtur.

Sp. 7. M. Comptus *Fall. Mgn. Zett. Macq.*
Fulgens *Hofg. Mgn. Macq. Zett. Walk.* —
Ænantis, Heraclei, Analis, Borealis etc. *Desv. Macq.*

V. Descript. Zetterstedtii T. Comptæ et Fulgentis, quarum characteribus adde:

Peristomium setis oralibus tantum instructum, alibi pubescentia non setulis præditum. — *Vena* quarta longitudinalis prope originem tantum setulis paucis munita.

Variat plurimum pictura et latitudine rufescentiæ abdominalis, quæ aliquando abdomen fere totum occupat maris, fascia dorsuali et maculis lateralibus nigris exceptis. Fœminæ quoque abdomen sæpe rufo-maculatum ad latera, quamvis normaliter minus late.

E varietatibus plurimis et satis diversis, species non paucas auctorum conditas fuisse cogito.

Vulgatissimus præsertim in collibus ditionis Parmensis, ab

aprile ad octobrem. — In aliis quoque Italiæ plagis frequens a Pedemontio ad Siciliam.

Sp. 8. M. Vulpinus *Fall. Mgn. Desv. Macq. Zett. Walk. Rndn.*

Sylvestris *Desv.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

Vulgaris in agro parmensi, sed magis frequens in collibus tempore autumnali. — Etiam in Insubria, Pedemontio, Venetiis, Etruria frequenter lectus.

Genus 14. NEMOREA *Desv. Macq. Mgn. Rndn.*
Tachina *Fall. Mgn. Zett. Walk.*

Charact. Gener.

Palpi ad Epistomium porrecti. — *Genæ* non buccatæ. — *Oculi* pilosi, in fronte maris approximati quamvis non subcontigui. — *Antennæ* insertæ contra, non distincte supra medium oculorum, articuli tertii longitudine circiter dupla præcedentis — *Aristæ* articulus secundus brevis, tamen distinctus. — *Vibrissæ* contra marginem superum oris non longe ab ore in genis insertæ. — *Setæ orales* ad medium faciei non ascendentes; *frontales* ultra apicem articuli secundi antennarum in-

genis non descendentes. — *Peristomium* sub oculos satis productum, setulosum, *serie setarum* instructum oralibus parallela ad unumquodque latus. — *Abdomen* macrochetis marginalibus tantum in dorso segmentorum intermediorum. — *Alæ* spinula costali nulla; *Vena* quinta longitudinali angulatim non arcuatim flexa, angulo saltem apparenter appendiculato. — *Tarsi* anteriores fœminæ non manifeste dilatati, maris pulvillis et uncis longioribus, istis non obtruncatis. — (Abdomen maris late rufescens. Fœminæ nigrum).

Species Italicæ

A. *Abdominis* segmentum ultimum lateribus et apice rufis in mare. — *Antennæ* in utroque sexu rufescentes.

Sp 1. Conjuncta *Rndn.*

AA. *Abdomen* maris segmento ultimo nigricante nec lateribus nec apice late rufis. — *Antennæ* in utroque sexu nigricantes.

Sp. 2. Nupta *Mihi.*

Observat: et Synon.

Sp. 1. N. Conjuncta *Rndn. Macq.*

(Mas.) Pellucida *Mgn. Macq. Zett.* — Fulva *Desv.*

(Fœm.) Neglecta *Mgn Macq.* — Bombylans *Desv.*

Vide Descript. Macquartii in Anal. Soc Ent. Galliæ 1848. in qua notandum est, *Caliptera* non semper alba esse sed aliquando paulo lutescentia. — *Scutellum* non semper totum rufum, sed basi sæpe magis vel minus nigricante, et antennas aliquando totas rufas, aliquando articulo tertio paulo infuscato præsertim in parte apicali præbet.

Duo sexus, distinctissimi præsertim colore abdominalis, tamquam species diversas fere ab omnibus entomologis descripti fuerunt: sed considerando N. *Pellucidæ* auctorum fœminam omnibus ignotam esse, et *Neglectæ* marem a nemine inventum fuisse, et unius et alterius individuis a me observatis amatorie ludentibus, quamvis non copulatis; in opinionem veni eorum differentias, sexuales esse non specificas; quæ opinio, cum nomine a me proposito pro specie nuper condita, a Clar. Macquartio adoptata fuit.

Non frequenter legitur in agro Parmensi a majo ad septembrem.

Sp. 2. N. Nupta *Mihi*.

(Mas) similis mari N. *Conjunctæ*, tamen minor, et diversus, præcipue colore segmenti ultimi abdominis, nec lateribus nec apice late rufis, sed linea tantum exili apicali testacea, alibi nigricante, fascia lata ad basim griseo-albida.

(Fœm.) pariter similis fœminæ *Nemoreæ* præcedentis et ab eadem distinguenda, statura et antennarum colore, in *Nupta* nigricante, basi tantum paulo testaceo.

Maris unum, et fœminæ specimina duo a me lecta fuerunt in agro parmensi, sed uterque sexus in posterum e Dania missus, nomine *Pellucidæ* a Clar. Stægero, et a Germania a Doct. Schinero nomine *Rubricæ*.

Genus 15 PLATYCHIRA *Rndn*

ERIGONE, PANZERIA, MERIANIA *Desv.*
TACHINA *Fall. Mgn. Walk. Zett.* —
NEMOREA *Macq. Mgn. Egger.*
MUSCA *Fabr.* EURITHIA *Desv*

CHARACT. GENER.

Palpi ad epistomium porrecti. — *Genæ* non buccatæ. — *Frons* porrecta. — *Oculi* pilosi, in fronte maris plus vel minus sed distincte approximati, non vero subcontigui. — *Antennæ* contra medium oculorum, non manifeste supra medium orientes, quarum articulus secundus longior medietate tertii. — *Aristæ* articulus penultimus satis brevis. — *Vibrissæ* plus vel minus longe a margine supero oris in genis insertæ. — *Series* orales setarum in facie parum ascendentes; *frontales* ultra apicem articuli secundi antennarum non descendentes. — *Peristomii* pili vel setulæ in series non dispositæ. — *Abdomen* macrochetis marginalibus et discoidalibus in dorso segmentorum

præditum. — *Alæ* spinula costali subnulla. — *Vena* quinta longitudinali angulatim flexa, angulo vel appendice nulla neque spuria, vel vix distincta, vel brevissima. — *Tarsi* antici in fœminis distincte dilatati, in maribus pulvillis et uncis longioribus, istis non obtruncatis.

Species Italicæ

A. *Genæ* in parte supera prope setas frontales et basim antennarum, pilis exilibus vel exilissimis, tamen distinctis præditæ.

B. *Pili* superi genarum exilissimi albidi. — *Setæ* orales prope vibrissas pauce. — *Oculi* maris in fronte orbitis subcontiguis.

Sp. 1. Puparum *Fabr.*

BB *Pili* genarum superi exiles et nigricantes. — *Setæ* orales prope vibrissas plurimæ et crebræ. — *Oculi* maris in fronte satis distantes.

Sp. 2. Latifrons *Mihi.*

AA. *Genæ* prope basim antennarum pilis exilibus destitutæ.

C. *Antennæ* articulo secundo plus minusve rufescente, tertio ad basim magis vel minus late rufo.

Sp. 3. Strenua *Mgn.*

CC. *Antennæ* totæ nigræ, vix aliquando articulo secundo apice anguste testaceo.

D. *Palpi* rufescentes vel testacei.

E. *Thorax* trivittatus, seu vittis tribus nigris latis. — *Abdomen* maris, maculas fusco-rufas laterales præbens, magis vel minus sed distinctas.

Sp 4. VAGANS *Mgn.*

EE. *Thorax* quadrivittatus, seu vittis quatuor nigris angustis. — *Abdomen* maris lateribus non manifeste rufo-maculatis.

Sp. 5. CONSOBRINA *Mgn.*

DD. *Palpi* nigri, raro in parte apicali nigro-picei.

Sp. 6 RADICUM *Fabr.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. P. PUPARUM *Fabr. Mgn. Macq. Zett. Walk. Rndn.* TRICINCTA *Fall.* — LATERALIS? MAS. (*Panzeria Desv.*) SYLVATICA et BOREALIS *Desv. Macq.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii

in qua articulum secundum antennarum rufum esse affirmatur, dum Macquartius, fusco-nigricantem apice paulo rufescentem esse dicit, sed unius et alterius assertio vera, nam observationibus meis, color rufus secundi articuli antennarum in fœmina normalis, ut nigricans in mare fræquentior videtur,

Diagnosibus auctorum adde, *scutellum* rufum, fasciola

ad basim nigricante. — *Abdomen* maris maculis rufescentibus nunc magis nunc minus latis, aliquando in quatuor segmentis expansa, sæpius in tribus vel duobus. — Statura quoque uterque sexus variabilis.

In Pedemontio non raro speciem legerunt Geneus et Bellardi.

(Nota) Proxima videtur Sp. ista *Rudi* Fallenii nondum in Italia inventæ, a qua difert, abdomine fasciis basalibus segmentorum albicantibus integris, dum in altera, abdomen grisei et nigricantis tessellatum, et fasciis non determinatis albicantibus præditum observatur.

Sp. 2. P. Latifrons *Mihi.*

Uterque sexus distinctus est a Pl. Puparum et ab aliis.

Pilis superis genarum nigricantibus. — *Setis* plurimis et crebris circa vibrissas ordinarias. — *Abdomine* fusci nigricantis et grisei varie picto. — *Scutello* rufo fasciola basali nigricante. — *Thorace* fasciolis latis tribus nigris (in illesis intermedia aliquando duplice). — *Antennis* articulis secundo et tertio longitudine parum diversa. — *Alis* venæ transversæ interioris limbo et prope basim paulo fuscis, — *Vena* quinta longitudinali ultra cubitum valde intus flexa. — *Maris Antennis* nigris, apice articuli secundi et non semper anguste testaceo. — *Abdomine* lateribus maculis rufis, latis in segmentis secundo et tertio, parvis in segmento primo.

Fœminœ antennis articulo secundo rufo.

Character vero specificus principalis in fronte marium, fere

ut in fœminis lata; quod hanc a congeneribus omnibus, et inde etiam a *Rudi* cui proxima videtur sejungit.
Bis marem, ter fœminam in collibus ditionis parmensis inveni, mensibus Martio et Aprile.

Sp. 3. P. Strenua *Mgn. Macq. Zett.*

V. Descript. In opere Zetterstedtii, cui adde:

Scutellum rufum basi magis vel minus late nigra.
Antennæ articulo secundo nunc toto rufo, nunc in medio infuscato.
In Pedemontio lecta a Geneo, qui mares aliquos speciei mihi transmisit.

Sp. 4. P. Vagans *Mgn.* (non Macq.)

Vide Descript. in opere Meigenii, cui adde:

Vittæ nigræ thoracis tres latæ, et maculæ laterales fuscorufæ abdominis, nunc in secundo tantum, nunc etiam in tertio segmento manifestæ, istam a P. *Consobrina* sejungunt.
Vitta nigra thoracis intermedia, forte in illesis, duplex, quia subdivisa a linea cinerea, cujus vestigia in specimine masculo observavi, sed etiam in hoc casu differentia thoracica manet, quia fasciolæ nigræ etiamsi quatuor latæ sunt, non ut in altera lineares, et vitta grisea intermedia exilissima, dum in *Consobrina* sat lata observatur. Maris specimina duo possideo, unum in Insubria a De-Cristofori, alterum in collibus subapenninis a me captum mense augusto.

(Nota) Distinctionis causæ a Cl. Zetterstedtio allatæ, *Vagantis* a *Consobrina*, *Capitis* in secunda lutescentis, et *scutelli* etiam apice nigri, nifallor, incerti prætii sunt, nam color capitis in una et altera specie sat variabilis, et etiam scutelli apex in consobrina aliquando rufescit.

Sed si, et charâcteres distinctivi a Zetterstedtio notati, non solum, sed etiam illi a me propositi instabiles videantur, tunc species *Vagantem*, *Consobrinam*, *Vividam*, *Tessellantem* et alias in unicam collige, et eam nomine communi nuncupa, Pl. *Reformata* Mihi.

Sp. 5. P. Consobrina *Mgn. Macq. Zett.*
Tessellans *Macq. Egger.* (non Desv.) —
Lurida (Var.) *Fall.*
Vivida *Zett.* (escluso Synonymo dubitativo *Vagans* Mgn.)

v. Descript. Consobrinæ in Opere Zetterstedtii; esclusis differentiis a *Vivida*, capitis et scutelli, in quarum loco pone. — *Abdomen* lateribus haud distincte fusco-rufo-maculatis, et *thoracis* vittæ nigræ quatuor angustæ, non tres latæ; sed pro hisce, lege observationes meas in nota ad Plat: *Vagantem*.

Olim Maris unicum exemplar Italicum in Apennino parmensi captum a Doct. Bertéo possidebam, sed alia specimina observavi Germanica in posterum, et duo nuper prope Tergestum lecta a D. Schinero, quæ in opinionem jam emissam me confirmant.

Sp. 6. P. Radicum *Fabr. Mgn. Macq. Zett.*
Lurida *Fall.* — Er. Anthophila *Desv.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii optima.

Forte *Eurithia Puparum* Desv. A. S. E. 1854 huic speciei referenda cum varietatibus *Viridulans Tessellans* et *Dubia* Desv.

Unicum exemplar masculum Italicum possideo, ab Equite Truqui taurinensi missum, in Pedemontio captum; alia specimina collectionis meæ Germanica Gallica et Danica.

Genus 16 GIMNOCHETA *Desv. Rndn.*
(1) Chrysosoma *Mcq. Mgn.* —
Tachina *Fall. Mgn.*

Charact. Gener.

Palpi ad epistomium porrecti. — *Antennæ* insertæ supra medium oculorum, elongatæ, articulo tertio parum latiore et longiore præcedente. — *Oculi* pilosi, in maris fronte nec contigui, nec

(1) Genus hoc Chrysosomæ Macquartii pro specie *aurata* Fall. in Italia non capta, servandum, sic a Gymnocheta distinctum:
Antennarum articulus tertius saltem in mare valde latior præcedente. — *Alæ* spinula costali indistincta; venæ quintæ cubito non appendiculato; quarta ultra apicem primæ a basi setulosa etc.

subcontigui. — *Vibrissæ* contra marginem superum oris, non longe ab ore in genis insertæ. — *Peristomium* retro macrochetas orales setulosum, sub oculos sat productum. — *Series frontales* setarum ultra apicem articuli secundi antennarum in genis non descendentes; orales a medio faciei distantes. — *Abdominis* dorsum macrochetis marginalibus et discoidalibus præditum etiam in segmentis intermediis. — *Vena* longitudinalis quarta setulis aliquibus ad originem; quinta angulatim flexa, angulo distincte appendiculato, appendice venosa non spuria; spinula costalis longiuscula, distinctissima. — *Tarsi* maris, pulvillis et uncis longioribus; fœminæ antici non manifeste dilatati.

Species Italica 1. Viridis *Fall.*

Observat. et Synon.

1. G. Viridis *Fall. Mgn. Desv. Macq. Zett. Walk. Rndn.*
V. Descript. in opere Zetterstedtii.

Istius speciei exemplaria nonnulla possideo Germanica Gallica, et Danica, sed unum tantum marem Italicum in Pedemontio captum, et olim a Genéo mihi transmissum.

Genus 17. AVERNIA *Mihi.*

(*) **Erebia** *Desv. Mgn. Macq. Rndn.* —
Zophomyia *Macq.* p.
Tachina *Fabr. Fall. Mgn: Zett. Walk.*
Musca *Lin. Scop. Rossi.* F. E.

CHARACT. GENER.

Oculi pilosi, pilis in fœmina brevioribus, in fronte maris paulo minus distantes, sed non satis propinqui. — *Vibrissæ* contra marginem superum oris, et non longe ab ore in genis insertæ. — *Antennæ* orientes vix supra medium oculorum, quarum articulus intermedius duplo circiter brevior tertio, isto non satis dilatato in masculo: arista articulo penultimo parum longiusculo. — *Series* orales setarum a medio faciei distantes; frontales descendentes in genis ultra apicem articuli secundi antennarum. — *Peristomium* sub oculos sat productum, retro setas orales subnudum. — *Abdomen* macrochetis marginalibus et discoidalibus instructum in dorso segmentorum etiam intermediorum. — *Alæ* spinula costali valida et plus minusve erecta; vena quinta longitudinalis angulatim flexa, angulo non appendiculato, vel raro in individuo aliquo abnorme appendice parva et retro flexa. — *Tarsi* maris pulvillis et uncis sat majoribus, fœminæ antici non manifeste dilatati.

(*) Erebiæ Genus jam in Lepidopteris adest, ideo in Dipteris nomen hoc mutandum.

Mas. Fœm. Scutellum macrochetis marginalibus nullis decussatis, sed duabus setulis parvis et exilibus ad apicem superpositis.

SPECIES ITALICA unica 1. TREMULA *Lin.*

Observat. et Synonym.

Sp. 1. A. TREMULA *Lin. Fabr. Rossi.* F. E. *Fall. Mgn. Zett. Walk. Rndn.*

TEMULA *Scop. Desv. Macq.*

V. Descript. Zetterstedtii, in qua corrige.

Series frontales setarum in utroque sexu postice duplices, (non in mare simplices) ad unumquodque latus.

Species, huc usque in Italia boreali et media tantum habitare notum est. In Etruria a Rossio; in Insubria a Galeazzi et Villa; in Pedemontio a Genéo et Bellardi lecta. In agro parmensi raro invenitur.

Genus 18. MACQUARTIA *Desv. Mgn. Rndn.*

ZOPHOMYA *Macq.* — **TACHINA** *Fall. Mgn. Zett. Walk.*

Charact. Gener.

Oculi pilosi, in fronte maris orbitis contiguis vel subcontiguis. — *Antennæ* breves vel brevissimæ contra medium oculorum vel non satis supra medium insertæ: articulo secundo parum, vel duplo circiter breviore tertio. — *Arista* subnuda vel brevissime pubescens, non pilosula; articulo penultimo brevissimo. — *Series* setarum frontales non descendentes ultra apicem articuli secundi antennarum; orales a medio faciei distantes. — *Vibrissæ* contra marginem superum prominentem oris insertæ. — *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis marginalibus et discoidalibus, secundo macrochetis non toto cincto. — *Alæ* spinula costali validiuscula et erecta. — *Tarsi* maris pulvillis et uncis elongatis, fœminæ antici non manifeste dilatati.

Fœm. Mas. *Macrochetarum marginalium Scutelli, duæ subapicales decussatæ, aliis subæquales vel non satis exiles et parvæ.*

Species Italicæ.

A. *Frons* et *genæ* ultra oculos non productæ. — *Abdomen* segmento primo satis angustiore sequentibus. — *Peristomium*, præter orales, sub oculos setis validiusculis hirtum (1).

Sp. 1. Brevifrons *Mihi*.

(1) Forte characteres isti genericam differentiam indicant, et Trixogenæ genus a me pro hac specie propositum, adoptandum.

AA. *Frons* et etiam genæ ultra oculos distincte porrectæ. — *Abdomen* segmento primo latitudine sequentibus subæquale. — *Peristomium* retro setas orales pilosulum, vel setulis parvis, non validis præditum.

a. *Abdomen* fœminæ segmento tertio macrochetis discoidalibus cincto, serie transversa subcontinuata. — Maris disco segmenti tertii setis æqualibus hirto, et non duabus dorsualibus satis majoribus distinctis.

Sp. 2. CELEBS *Mihi.* (1).

aa. *Abdomen* in utroque sexu segmento tertio macrochetis duabus validioribus in dorso prædito, cæteris sat minoribus.

B. *Palpi* saltem apice nigri vel nigricantes.

Sp. 3. NITIDA *Zett.*

BB. *Palpi* testacei vel lutescentes saltem ad apicem.

C. *Pedes* toti nigri.

D. *Genæ* sub setas frontales manifeste pilosæ. — *Venæ* longitudinales quarta et quinta in costali conjunctæ vel subconjunctæ.

Sp. 4. OCCLUSA *Mihi.*

DD. *Genæ* sub setas frontales non manifeste pilosæ. — *Ve-*

---

(1) *Macquartiæ* auctorum, palpis nigris, sed arista pilosula, et abdominis segmento secundo macrochetis postice toto marginato, generi distincto a me adscriptæ fuerunt, quod apello PTYLOPS, in *Dexinis* prope *Moriniæ* genus et similia locatum.

næ longitudinales quarta et quinta sejunctim costalem attingentes.

Sp. 5. Chalchonata *Mgn.*

CC. *Pedes* partim nigri, partim testacei.

Sp. 6. Dispar *Fall.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. M. Brevifrons *Mihi.* — Mas Fœm. Longit. *Mill.* 9-10.

Fœm. Mas. Nigro-nitida paulo cærulescens. — *Antennæ* brevissimæ, articulis primis paulo rufescentibus præsertim in fœmina, tertio nigro, longitudine præcedente parum majore. — *Genæ* angustæ, paulo albicantes. — *Frons* nihil porrecta, griseo-nigricans, vitta intermedia nigro-opaca vel fusco-picea. — *Peristomium* sub oculos modice productum, setis validiusculis et longis instructum. — *Palpi* fusco-testacei. — *Caliptera* luride albicantia vel lutescentia. — *Abdomen* segmento primo duplo circiter angustiore proximis. — *Alæ* dilutæ fuscæ, costa ad basim et radice fuscioribus; vena transversa exteriore paulo sinuosa, et duplo distante ab interiore, quam a cubito quintæ longitudinalis; ista angulatim flexa, cum præcedente ad apicem nunc conjuncta, nunc sejunctim costalem attingente. — *Spinula* costalis satis brevis sed distincta. — *Pulvilli* albicantes.

(*Microcera* Desv. et Macq difert, colore rufescente basis antennarum, et aliis characteribus.

Non infrequens in agro parmensi, præsertim in montuosis, a mense majo ad septembrem.

Sp. 2. A. Celebs *Mihi.* — Fœm. Longit *Mill.* 6-8.

Fœmina nigro-nitida, paulo olivacea vel subcærulescens. — *Antennæ* nigræ, articulo secundo fusco-rufescente, medietate tertii longiore; *Arista* longa et gradatim a basi ad apicem attenuata. — *Palpi* fusco-rufescentes vel picei extrinsecus, intus nigri. — *Setæ* frontales quatuor a radice antennarum in genis descendentes, aproximatæ sed non in seriem dispositæ. — *Squamæ* albidæ. — *Alæ* versus basim et costam paulo infuscatæ; spinula costali valida. — *Abdomen* segmento, tertio setis non solum marginalibus sed etiam discoidalibus in series duas transversarias dispositis obsepito. = *Cætera* ut in affinibus.

Marem esse puto speciei, exemplar unicum collec: meæ, primo intuitu confundendum cum maribus M. *Nitidæ*, sed satis distinctum, non solum statura majori, sed præcipue, segmento tertio abdominis, setis longis, sed non validis hirto, subæqualibus, et non duabus in dorso distincte validioribus.

Fœminæ speciei a me lectæ non sat raro in agro parmensi tempore æstivo, in floribus variis, sed præsertim Chrysanthemi, et marem unicum in colle sub-apennino, mense majo labente.

Sp. 3. M. Nitida *Zett.*

Atrata *Mgn. Macq.* — Tristis *Mgn.*

Flavicaliptrata? (Var. maris) *Macq.* a s. e.

V. Descript. in opere Zetterstedtii, in qua varia

Caliptera in mare flavida, squama infera obscuriore; in fœmina squamis inferis flavidis, superis vel totis albicantibus, vel in medio albidis limbo flavicante.

A colore intensius fulvo caliptrorum in aliquo mare, forte M. *Flavicaliptrata* Macquartii orta.

Variat quoque colore palporum nunc toto nigro, nunc intus piceo vel etiam rufescente, et hinc facilius M. *Tristis* Meigenii.

Tach. *Prœficam* huic speciei, ut dubitat Cl. Zetterstedtius, referendam esse non credo, nam in *Nitida*, arista vix tomentosa, non pilosula, ut in altera, cujus diagnosis aristam, (etwas haarig), esse dicit.

Non frequens in agro Parmensi. Vivit quoque in Pedemontio, ubi eam legit Prof. Bellardi, a quo marem accepi, qui variat ab aliis, venis quarta et quinta in costali contiguis (*).

(*) M. *Atrata* Fallenii (non Mgn.) ab hac distincta (præcipue venis quarta et quinta in apice alarum fere excurrentibus, et non satis ante apicem), nondum in Italia capta. — Hujus synonymum, Tach. *Corruscam* Meigenii Cl. Zetterstedtius esse dicit, sed hoc non credo, nam in genere Tachina non in Macquartia, sp. propriam locavit: Celeb: Meigenius in T. 7. operis s. et duo genera sat diversa, et facilius distincta.

Sp. 4. M. Occlusa *Mihi.* Mas. Longit. 6-7. *Mill.*

Nigricans — *Genæ* lurido-albicantes, in parte supera sub setas frontales manifeste pilosæ. — *Frons* nigricans, vitta nigro-picea. — *Palpi* testacei. — *Antennæ* nigræ, valde breves, articulo tertio parum longiore præcedente. — *Thorax* paulo fusco-virescens, antice præsertim ad humeros et in scutello cinerascens. — *Caliptera* lutescentia. — *Abdomen* griseum, tessellis obscurioribus nitentibus. — *Alæ* levissime fuscescentes, ad basim fusciores; venis longitudinalibus quarta et quinta in costali conjunctis vel subconjunctis, quinta angulatim cubitata, et supra cubitum intus flexa, quarta ad originem setulis tribus prædita: spinula costali longiuscula. — *Pedes* nigro-picei, pulvillis albidis.

Non confundenda cum M. *Clausa* Macq. quæ spec. sat distincta, oculis nudis etc.

Sp. *Occlusæ* mares tantum et raro in agro parmensi legi, et unum exemplar sexus ejusdem, ab Insula Melita misit D. Schembri.

Sp. 5. M. Dispar *Fall. Zett.*

Rufipes *Fall.* Fœm. *Mgn.* Mas. Fœm. *Macq.* Mas.

Rubripes *Macq.* Fœm, s b.

Tibialis Macq. A. S. E.

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

in cujus Synonimia, *Rubripes* Macquartii, non masculum sed fœminam indicare oportet.

Frequens in agro parmensi tempore æstivo, a planitie usque

ad apenninum. — In Insubria quoque inventa a fratribus Villa, qui exemplaria utriusque sexus mihi transmiserunt, et in Etruria lecta a D. Piccioli.

Sp. 6. M. Chalconata *Wiedm. Mgn. Zett. Rndn.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

Individua Italica sæpius majora et longiora. Fræquenter legitur in agro parmensi, præsertim mensibus Majo et Junio.

(Nota) Species oculis nudis a Macquartio in hoc genere inclusæ, nisi aliis characteribus aliquo generi noto referendæ, novi institutionem petunt, quod apellarem *Gymnopsis* (*).

(*) In sectione Tachinarum oculis hirtis, et antennis contra medium, non supra medium oculorum insertis, species non Italica, *Tachina Dubia* Fall; (Exorista Mgn), typus generis distincti consideranda est quod voco. Aporomya (Musca dubia) inter Macquartias et Harrisias locandum.

Charact. Gener. *Aporomyæ* erunt, præter insertionem antennarum. — *Oculi* pilosi, in fronte maris distincte approximati sed non subcontigui. — *Antennarum* articulus tertius fere trilongior præcedente; *aristæ* articulo penultimo paulo elongato. — *Vibrissæ* contra marginem supe-

Genus 10. HARRISIA *Mgn.* (non Desv.) *Rndn.*
Tachina *Mgn. Zett.* — **Macquartia** *Desv.*
Zophomya *Macq.* — **Polidea** *Macq.*

Charact. Gener.

Antennæ insertæ supra medium oculorum, articulo secundo breviore medietate tertii. — *Oculi* pilosi, in fronte etiam maris, quamvis minus quam in fœmina distantes. — *Series* setarum frontales usque ad apicem articuli secundi antennarum productæ; orales brevissimæ, vix apicem antennarum attingentes. — *Vibrissæ* contra marginem oris, non longe ab ore insertæ. — *Abdominis* segmenta intermedia, dorso macrochetis aliquibus discoidalibus, præter marginales instructa. — *Alæ* vena quinta longitudinali ad cubitum non appendiculata; quarta ab origine

---

rum oris et non longe ab eodem in genis insertæ. — *Spinula* costalis parva. — *Alarum* venæ longitudinales quarta et quinta in costali conjunctæ vel contiguæ; vena transversa exteriore fere æquidistante ab interiori et a cubito quintæ longitudinalis; isto non appendiculato, aut venula brevi non spuria accidentaliter instructo. — *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis discoidalibus et marginalibus instructa. — *Tarsi* maris pulvillis et uncis sat longioribus, antici fœminæ articulo apicali tantum manifeste latiusculo.

Setarum frontalium et oris characteres ut in Gen. Exorista.

V. Descript. Speciei Typicæ T Dubia in opere Zetterstedtii.

Specimina Collectionis meæ e Dania accepta a Clar. Stæger.

usque contra primam setulosa. — *Spinula* costalis non satis valida sed distincta. — *Tarsi* antici in fœmina distincte dilatati. — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in mare breves, circiter ut in altero sexu.

(Nota) Nomen *Polidèæ* quo Macquartius genus hoc distinxit non adoptavi, quia species in eodem conjunctæ duorum institutionem petere procerto habeo, et sic istorum unum *Polidèa*, alterum *Harrisia* nuncupanda erunt.

Primi Typus, Tach: *OEnea* Mgn. (non Zett.) distincta, oculis in mare subcontiguis, et macrochetarum discoidalium absentia, in dorso segmentorum intermediorum etc.

Secundi Sp. Typica Tach: *Simplicitarsis* Zett. cujus oculi etiam in maris fronte remoti, et abdominis segmenta intermedia setis discoidalibus instructa sunt etc.

Harrisiæ vero Meigenii nomen non repudiandum, nam genus Desvodyi sic nuncupatum, jam neglectum, imo rejectum erat.

Species Italica 1. Rebaptizata *Mihi:*

Observat: et Synonym.

Sp. 1. H. Rebaptizata *Mihi.*

Mas. Simplicitarsis *Zett. Rndn.*

Fœm. Œnea *Zett.* (non Mgn. nec Macq.)

V. Descript. in opere Zetterstedtii,

Tach: Œnea Zetterstedtii distincta ab Œnea Meigenii manifeste apparet, absentia in specie Meigeniana setarum discoidalium in dorso segmentorum abdominis intermediorum, dum in fœmina *Œneæ* Zetterstedtii, ut in mare Simplicitarsis ejusdem auctoris, setæ discoidales in medio abdominis adsunt. Quæ species unicam constituere puto; differentis tantum sexualibus distinctæ, nam istis exceptis, alii characteres communes sunt in utraque. Quæ opinio confirmatur observatione, unius exemplaria solum fœminea, et alterius mascula tantum inventa fuisse.

Ideo vocabulo novo, nova species a me condita nuncupata.

Raro uterque sexus in ditione parmensi, tempore autumnali et æstivo a me inventus, in collibus et montuosis.

Genus 20. CHETINA *Rndn.*

Chetilia *Rndn.* (*) (olim in Litteris)

(*) Alcuni entomologi sono di opinione, che i miei generi *Chetina* (Chetilia olim) *Nemorilla, Chetolyga,* e *Spylosia* converrebbe riunirli alle Exoriste del Meigen, come suddivisioni di quel genere.

Io penso però che tale idea verrà cambiata dall' esame delle ge-

Charact. Gener.

Antennæ supra medium oculorum insertæ; articulo secundo satis longiore medietate tertii. — *Arista* brevior antennis, articulo penultimo paulo elongato et cum tertio plus minusve cubitato. — *Oculi* hirti, in fronte maris parum approximati. — *Genæ* non pilosule sed nudæ, præter setas orales et frontales; illæ

---

neriche descrizioni, nelle quali sono annoverate le principali differenze organiche da cui risulta ragionevole la separazione da me proposta, cosa che non poteva essere facilmente rilevata dalle brevi note caratteristiche di un semplice quadro sistematico: Ma anche quando fossero di minor peso le ragioni che mi hanno indotto a proporre la fondazione dei generi sovra accennati, io non potrei egualmente convenire con chi opina diversamente, perchè coll' unione per essi invocata, si avrebbe il genere Exorista composto di sessanta e più specie solamente Italiane, per cui ad ottenere la precisione delle diagnosi specifiche, senza che avessero il grave difetto di essere eccessivamente lunghe, e quindi imbarazzanti e direi pure scoraggianti, diventerebbe cosa indispensabile di suddividere il genere in tanti gruppi, distinti con una frase caratteristica ed un segno di convenzione, e così quale vantaggio si avrebbe ottenuto? di avere in questi gruppi dei generi senza nome, e quindi non aumentato il numero dei vocaboli generici: ma a questa poca utilità va congiunto un gravissimo inconveniente, che i generi di tal sorta non sono descritti a sufficienza e con precisione, e quindi s' incontra spesso la necessità di lunghe o lunghissime descrizioni, affaticanti per le indispensabili ripetizioni. per includervi tutte le note distintive di ciascuna specie, e così il rimedio sarebbe peggiore del male: e se così non fosse, perchè si centuplicarono i generi Linneani? e se fu abuso, perchè nessuno osa consigliare di far ad essi ritorno?

ad medium faciei non ascendentes; istæ ad apicem articuli secundi antennarum vel paulo ultra decurrentes. — *Abdomen* macrochetis aliquibus discoidalibus in dorso segmentorum intermediorum, aut setis hirtum. — *Alarum* spinula costalis distincta; venæ quintæ longitudinalis cubitus neque apparenter appendiculatus. — *Tarsi* maris, pulvillis et uncis parum longioribus; fœminæ antici non dilatati distincte.

Io sono d' avviso che importi assai di non esagerare il bisogno di generi nuovi, e di star lontani dall' eccesso in cui alcuni sistematici sono caduti, ma che d' altra parte ogni qual volta il numero delle specie si aumenti, ed in alcune di esse si riscontrino differenze di qualche rilievo appoggiate a caratteri organici ben determinati e stabili, sia vantaggiosa anzichè no la istituzione di nuovi generi, a facilitare la distinzione e la conoscenza delle specie ognora crescenti di numero. e se la difficoltà dello studio aumenta colla copia dgli oggetti da studiare, ciò deve attribuirsi alla natura delle cose, che rende necessario il formare nuovi gruppi sistematici.

Perciò che si è detto, io penso che non solamente convenga di mantenere quei generi che furono già proposti da me, ma debba pure accettarsi anche quello fondato recentemente dal Macquart per l'Exorista *Succincta,* non solo ma mi credo autorizzato a fondarne uno nuovo per una specie che io reputo non descritta; se pure non furono negletti od inosservati i caratteri che la distinguono dalle Exoriste.

Per queste aggiunte necessarie, riescirà più ordinato, e più facile a studiarsi, l' elenco sistematico dei generi affini alle *exoriste,* se venga così riformato, cominciando dalla sezione.

£ Series orales setarum etc. (V. Prodromus etc. Vol. I.)

Species Italicæ.

A. *Abdominis* segmentum secundum dorso macrochetis marginalibus duabus tantum. — *Vena* quinta longitudinalis ultra cubitum intus valde incurvata.

Sp. 1. Palpalis *Mihi*.

---

* *Genæ* pilis exilibus tectæ.

— *Antennarum* articulus tertius dorso distincte convexo, et triplo saltem longior secundo. — *Abdomen* macrochetis discoidalibus præditum in dorso segmentorum intermediorum.

G. Epicampocera *Macq.*
a Genere Exorista sejuncta N. 24.

= *Antennarum* articulus tertius dorso non convexo, ad summum duplo longior secundo. — Segmenta intermedia *abdominis* macrochetis discoidalibus non instructa, disco vel pilis longis et exilibus, vel sæpius setulis brevibus tecto.

G. Chetoliga *Rndn.* N. 22.

** *Genæ* pilis exilibus denudatæ, aliquando setulis, tantum in parte infera præditæ.

+ *Vibrissæ* longe ab ore in genis insertæ. — *Scutelli* margo posticus in medio, setis duabus præditus, erectis et non decussatis.

G. Spylosia *Rndn.* N. 23.

++ *Vibrissæ* insertæ contra marginem superum oris. — *Scutellum* margine postico in medio, vel sæpe instructum setis duabus decussatis, vel raro setis intermediis destitutum.

:| *Antennarum* articulus secundus longior medietate tertii.

⁓ *Arista* longior antennis; articulo penultimo brevissimo.

G. Nemorilla *Rndn.* N. 21.

AA. *Abdominis* macrochetæ marginales in dorso segmenti secundi quatuor. — *Vena* quinta longitudinalis a cubito ad apicem subrecta, vel vix incurvata.

Sp. 2. Soror *Mihi.*

∞ ∞ *Arista* brevior antennis, articulo penultimo distincte longiusculo.

G. Chetina *Mihi.* N. 20.

|| *Antennarum* articulus secundus brevior medietate tertii.

† *Scutellum* postice setis duabus intermediis decussatis.

Spinula costalis brevissima.

Gen. Exorista *Mgn.* N. 24.

†† *Scutellum* postice setis intermediis destitutum.

Spinula costalis valida.

Gen. Lomachantha *Mihi.*
ab *Exoristis* divisa N. 24

££. *Series* orales setarum etc. etc.

Per conservare l' ordine che fu stabilito nel primo volume del *prodromus,* descriverò ciascuno dei generi sopradetti in regola dei numeri che in quello li distinguono, riportando la diagnosi dei due introdotti di nuovo, dopo quello delle *Exoriste* da cui furono disgiunti.

Altri generi potevano facilmente essere istituiti per alcune *Exoriste,* ma altri farà in seguito quello che oggi io non faccio.

Observat: et Synon.

Sp. 1. C. PALPALIS *Miki.* —Longit. Mas. *Mill.* 6. — Fœm. 5.

Nigra paulo grisea. — *Facies* albicans; *Frons* fuscior, vitta intermedia nigra vel nigro-picea. — *Series* orales setarum paulo, sed non ad medium faciei ascendentes. — *Genæ* nec pilosæ nec setulis præditæ, exceptis oralibus et frontalibus. — *Palpi* apice rufo. — *Calipteru* alba. — *Abdomen* segmentis tribus ultimis ad basim griseo-fasciatis, fasciis in medio interruptis, postica angustiore. — *Alæ* spinula costali sat breve: Vena quinta longitudinali supra cubitum intus valde flexa; qnarta ad originem setulis 4-5 instructa: transversa exteriore satis post medium sita areolæ antepositæ. — *Abdominis* segmenta intermedia maris, disco setis longis hirto, marginalibus tantum distincte majoribus duabus, ut in fœmina; setis discoïdalibus in ista brevibus et flexis. — Maris *pulvilli* longiusculi, luride albi.

In agro parmensi legitur tempore æstivo, in floribus præsertim umbellatarum, sed non frequenter.

Sp. 2. C. SOROR *Mihi.* — Longit. Fœm. *Mill.* 4.

Similis fœminæ *palpalis,* at distincta videtur.

1. Statura minore. — 2. Setis marginalibus segmenti secundi abdominis in dorso quatuor. — 3. Vena longitudinali quinta ultra cubitum vix flexa.

Species dubia, nam pro unico exemplare fœmineo statuta, in collibus ditionis parmensis lecto, mense augusto. —

Certe varietas præcedentis non consideranda, si aliis exemplaribus observatis, characteres supra notati stabiles videantur.

Genus 21. NEMORILLA *Rndn.*

NEMOREA (part.) *Macq. Mgn.*

TACHINA *Fall. Mgn*

CHARACT. GENER

Oculi pilosi, in fronte maris paulo appropinquati. — *Antennæ* supra medium oculorum insertæ, articulis secundo et tertio longitudine parum diversa, aut saltem secundo distincte longiore medietate tertii. — *Arista* longior antennis, articulo penultimo brevissimo. — *Series* orales setarum, a medio faciei distantes; frontales contra apicem articuli secundi antennarum circiter elongatæ. — *Genæ* non pilosulæ, et setulis nullis præditæ, exceptis ordinariis; — *Vibrissæ* contra marginem superum oris insertæ. — *Scutellum* margine postico in medio setis duabus decussatis prædito. — *Spinula* costalis alarum subindistincta. — *Cubitus* venæ quintæ longitudinalis neque apparenter appendiculatus. — *Abdominis* segmenta intermedia setis validioribus discoidalibus instructum præter marginales. — *Pulvilli* et unci tarsorum in mare longiores. — *Tarsi* antici in fœmina non dilatati

SPECIES ITALICÆ

A. *Antennarum* articuli secundus et tertius subæquales.

B. *Arista* a basi ad medium tenuiter incrassata.

Sp. 1. MACULOSA *Mgn.*

BB. *Arista* breviter ad basim et satis incrassata.

Sp. 2. ARISTALIS *Mihi.*

AA. *Antennarum* articulus secundus distincte brevior tertio, tamen non duplo brevior.

C. *Abdominis* segmentum secundum tantum nigro trimaculatum; tertium griseum limbo postico et vitta angusta intermedia nigris, ut quartum.

Sp. 3. AMICA *Mihi.*

CC. *Abdominis* segmenta secundum et tertium trimaculata, et etiam quartum.

D. *Venæ* longitudinales *quarta* et *quinta* in costali distantes.

Sp. 4. FLORALIS *Fall.* (non Mgn.)

DD. *Venæ* longitudinales *quarta* et *quinta* in costali vel paulo ante, conjunctæ.

Sp. 5. PUMILA *Mihi.*

Observat. et Synon:

Sp. 1. N. MACULOSA *Mgn. Macq. Rndn.*
FLORALIS (Var.) *Fall. Zett.*

Vide Descriptiones Meigenii et Macquartii (in Diariis Soc. Ent. Galliæ 1849.

Mares tantum speciei et non sæpe a me lecti fuerunt in agro parmensi, a Julio ad Octobrem. Masculum pariter obtinui etruscum a D. Piccioli.

(Nota) a tribus ultimis congeneribus distincta: longitudine articuli secundi *antennarum* tertio subæqualis, et a specie sæquente difert, præsertim *arista* tenuiter incrassata, a basi articuli ultimi ad medium.

Sp. 2. N. ARISTALIS *Mihi.*

Paulo major præcedente, et colore magis fusco-griseo, quam griseo-cinerascente etiam difert.

In unico mare observato, maculæ nigræ segmenti secundi in unicam confusæ sunt, antice tantum trifidam, dum in masculis *maculosæ* collectionis meæ, in segmento eodem abdominali, a grisescentia divisæ, magis vel minus late, maculæ tres nigræ observantur.

Sed differentia præcipua istius, in *arista* observanda, statim et breviter, sed distincte incrassata ad basim articuli tertii.

Semel captus mas in agro parmensi, tempore autumnali.

Sp. 3. N. Amica *Mihi.*

Habitu similis præcedentibus, tamen satis distincta.

1. Articulo secundo *antennarnm* distincte breviore, non tertio subæquale.
2. *Abdominis* segmento tertio postice toto nigro marginato ut in quarto, et maculis nigris lateralibus in uno et altero indistinctis, vitta tantum intermedia nigra manifesta.
3. Margine antico *alarum* distincte fusciore.
4. *Calipteris* fusco limbatis.

Etiam speciei istius exemplaria tantum mascula observavi, a me non frequenter lecta in agro parmensi tempore æstivo, in floribus præsertim umbellatarum.

(Nota) Abdominis characteres, istam a sæquentibus N. distinguunt.

Sp. 4. N. Floralis *Fall. Zett.* (non Mgn.)
Notabilis *Mgn.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii

Mas satis frequens in agro parmensi etiam apennino, præsertim mensibus Augusto et Septembre, fœmina vero sat rarior.

Ab Insula Melita a D. Schembri exemplaria duo mascula et unum fœmineum accepi, et ab Etruria uterque sexus missus a D. Piccioli.

(Nota) Fœmina antennis basi testaceis, et abdomine minus

setoso etc. facile speciei distinctæ referenda, nisi notum esset, mares istius, antennis basi rufis, et fœminas antennis totis nigris a nemine inventa fuisse.

Sp. 8. N. PUMILA *Mihi*.

Mas. Similis habitu et pictura mari præcedentis, sed distinctus mihi videtur, quia tres masculi a me observati, venas longitudinales quartam et quintam in costali conjunctas, vel paulo ante costalem connexas præbent, et eorum statura satis parva, ut in exemplaribus minimis speciei præcedentis. — Tamen sp. distinctio observationibus aliis confirmanda.

In agro parmensi cum aliis Nemorillis a me raro lecta.

Genus 22. CHETOLYGA *Rndn.*

TACHINA *Fall. Mgn. Zett. Walk.*
EXORISTA p. *Mng. Macq.*
NEMOREA *Mgn. Macq.* —
WINTHEMYA (p.) *Desv.* (1).

---

(1) *Wintemyarum* species ægre distinguendæ, ut *Carcelliarum* et aliorum generum Desvoidii, invaliditate characterum, ideo a me non raro neglectæ.

Charact. Gener.

Oculi pilosi, in fronte maris non subcontigui etiamsi approximati. — *Antennæ* supra medium oculorum insertæ, articulo tertio non duplo longiore vel vix duplo secundo; dorso tertii non manifeste convexo. — *Genæ totæ pilosulæ.* — *Arista* longior antennis, articulo penultimo brevissimo vel breve, et si vix longiusculo cum tertio non cubitato — *Vibrissæ* contra marginem superum oris insertæ et non longe ab ore. — *Series orales* setarum parum in genis ascendentes, et frontales pariter breves. — *Abdomen* in disco segmentorum intermediorum setis validioribus nullis, vel pilis longis et exilibus, vel setulis brevibus hirtum. — *Scutellum* margine postico in medio setis duabus decussatis præditum. — *Pulvilli* maris longi; *Tarsi* antici fœminæ non dilatati.

(Nota) In aliqua specie non Italica, antennarum articulus 3 fere trilongior est secundo, sed in istis. — Genæ piligere et absentia macrochetarum discoidalium in segmentis intermediis abdominis, genus proprium indicant.

Species Italicæ

A. *Abdominis* limbus apicalis vel late vel anguste rufus aut testaceus, saltem linea exili marginali luteo-rufescente.

B. *Abdominis* setæ marginales segmenti tertii manifeste breviores latitudine segmenti quarti.

C. *Setæ marginales* segmenti secundi abdominis quatuor, primi duæ, distinctæ et validiusculæ, in fœmina validiores. — *Setæ* capitis longitudine ordinaria.

Sp. 1. Cruentata *Mihi.*

CC. *Setæ* marginales abdominis in segmentis duobus primis vel subnullæ, vel duæ tantum satis parvæ. — *Setæ* capitis brevissimæ.

Sp. 2. Xantigastra *Mihi.*

BB. *Abdominis setæ marginales* segmenti tertii, longitudine sub-æquales segmento quarto, non manifeste breviores.

D. *Abdomen* nigricantis et grisei tessellatum, lateribus distincte rufis vel rufo-maculatis, saltem in mare; in utroque sexu apice late rufo.

E. *Abdominis* segmentum secundum (in mare) setis duabus tantum, tertio manifeste brevioribus. (Fœmina ignota).

Sp. 3 Cilicrura *Mihi.*

EE. *Abdominis* segmentum secundum setis marginalibus in mare sex, in fœmina quatuor, longitudine circiter segmenti tertii.

Sp. 4. Quadripustulata *Fabr.*

DD. *Abdomen* griseo-albicans, lateribus vix aut non manifeste rufis nec rufo-maculatis; apice linea tantum exili marginali testacea.

Sp. Cilitibia *Bell.*

AA. *Abdomen* apice nigricante, neque rufo lineato.

F. *Antennarum* articulus secundus longior medietate tertii. — *Pili discoidales* abdominis valde breviores macrochetis.

Sp. 6. Pilifera *Mihi.*

FF. *Antennarum* articulus secundus non longior medietate tertii. — *Pili discoidales* abdominis longissimi ut macrochetæ.

Sp. 7. Separata *Mihi*.

Observat. et Synon.

Sp. 1. C. Cruentata *Mihi*. — Longit. *Mill.* 9-10.

Caput albicans, frontis lateribus non infuscatis, vitta intermedia nigra subrufescente, præsertim prope antennas — *Palpi* testacei. — *Pleuræ* cinereo-albicantes. — *Scutellum* rufum. — *Caliptera* alba. — *Abdomen* rufo-rubescens, fascia dorsuali lata nigra ad suturas segmentorum postice dilatata, in segmento quarto parum producta. — *Pedes* nigri, tibiis vix piceis, pulvillis albidis: tibiis posticis setulis crebris et brevibus ciliatis.

Mas. *Antennæ* nigræ, conjunctione articulorum secundi et tertii non aut vix rufescente; articulo secundo paulo longiore medietate tertii. — *Setæ* capitis non satis breves. — *Abdomen* in segmento primo macrochetis duabus distinctis, in secundo quatuor validiusculis dorsualibus, in tertii margine omnibus brevibus.

Fœm. *Antennarum* articulus tertius latiusculus, basi et inferne late rufus, secundus piceus longitudine circiter dimidia tertii. — *Setæ* capitis et abdominis magni-

tudine ordinaria. — *Macrochetæ* segmenti primi in dorso duæ marginales, secundi quatuor pariter marginales.

ifferentiæ istæ constantes sunt? — Si stabiles specificæ, aut sexuales?

uo exemplaria maris et unicum fœminæ legi tempore æstivo, in collibus ditionis parmensis.

roxima rufiventri Macq. sed confer ejusdem descriptionem ut differentias cognoscas.

---

p. 2. C. Xantigastra *Mihi.* — Mas. Long. *Mill.* 11.

as. Similis mari Cruentatæ et ab eodem distinctus, statura satis majore, et setis minimis abdominis, in segmentis primis duobus, vel nullis, vel duabus sat parvis marginalibus; nec non, setis capitis distincte minoribus.

etarum magnitudine, fœmina præcedentis cum hac specie non convenit, sed statura satis majore, melius istæ quam illæ referenda, saltem in exemplaribus nostris, a me observatis.

is marem tantum speciei in collibus ditionis parmensis inveni mense Majo.

---

p. 3. C. Cilicrura *Mihi.* — Mas Longit. *Mill.* 8.

as. Similis maribus C. *Quadripustulatæ* et *Cruentatæ*, a quibus distinctus, præcipue setis marginalibus duabus tantum et brevibus in dorso segmenti secundi abdominalis, et non quatuor ut in Cruentata, nec sex ut

in Quadripustulata. Ab ista vero differt etiam, tessellis nigricantibus abdominis magis distinctis, præsertim in segmento secundo sub-trimaculato; et ab illa setis marginalibus segmenti terti longitudine sub-æqualibus segmento quarto, non ut in altera specie brevioribus; nec non rufescentia laterali abdominis normaliter sat angustiore.

Mares duo tantum observavi, unum in Pedemontio lectum a P. Geneo, alterum in Apennino parmensi a D. Bertéo.

Sp. 4. C. Quadripustulata *Fabr. Mgn. Macq. Zett. Desv.* Œstuans *Fall.*

V. Descript: Zetterstedtii, quæ convenit varietatibus italicis collectionis nostræ, exceptis, *pulvillis* in individuis a me observatis non albidis sed fuscis: et antennarum articulo secundo non exaxte duplo breviore tertio, sed medietate tertii paulo longiore.

Species statim distincta a præcedente, abdomine cinerei et nigricantis tessellato, non pube albido-grisescente uniformi tecto, et maculis rufis abdominis semper distinctis quamvis aliquando parvis.

Maris, vero istius vittæ nigræ marginales segmentorum, non determinatæ, et apex abdominis late rufus, non linea tantum marginali rufescente, post fasciolam nigram nitidam. Setæ vero marginales in segmento secundo sex.

Fæminæ abdomen lateribus vix rufo-maculatis, et setæ segmenti secundi quatuor.

In Pedemontio non rara videtur, quia ab Equite Truqui, a Prof. Bellardi, et a D. Mussino ejusdem exemplaria non nulla accepi.

In agro vero parmensi bis tantum a me capta, mense Julio.

Sp. 5. C. Cilitibia *Bell.* (in litteris). Mas. Longit. *Mill.* 8.

Antennæ nigræ, articulo secundo longitudine dimidia tertii — *Frons* lateribus, *Genæ* et *Facies* parte supera flavescentibus, vitta frontali atra. — *Peristomium* ut pars infera genarum et faciei albicans. — *Setæ* frontales normaliter quinque a radice antennarum in genis descendentes; series setarum orales vix ascendentes. — *Palpi* luride lutei. — *Scutellum* rufum. — *Caliptera* albida, lutescentis marginata. — *Abdomen* pube cinereo-lutescente tectum, exceptis, segmento primo nigro; secundi linea marginali postica, et macula subrotunda centrali nigricantibus, segmentorum tertii et quarti fasciola marginali, vitta intermedia saltem in segmento tertio distincta nigris; et limbo apicali angusto segmenti quarti rufo. — *Macrochetæ* dorsuales in segmento primo abdominis non manifestæ, duæ marginales in segmento secundo. — *Abdominis latera* vix contra lucem observata paulo rufescentia, non manifeste rufo-maculata. — *Pedes* nigri, pulvillis albidis; tibiis extrinsecus setulis crebris et æqualibus ciliatis.

Mares tantum aliquos observavi in pedemontio captos a Prof. Bellardi et mihi ab eodem missos.

Sp. 6. C. PILIFERA *Mihi.*

Antennarum articulus secundus longior medietate tertii. — *Frons* maris satis angusta, vitta nigra, lateribus griseis. — *Palpi* testacei. — *Scutellum* late rufescens — *Pili* discoidales abdominis longiusculi sed non longissimi, satis breviores macrochetis; segmenta tria basalia lateribus plus minusve late rufescentibus, primum et secundum postice macrochetis duabus marginalibus validis instructum. — *Tibiæ* posticæ setulis æqualibus (præter unam majorem) ciliatæ, omnes fusco piceæ. — Pulvilli ut squamæ sub-albidi.

Mares duo tantum speciei observavi, quorum unum a Pedemontio misit olim Cl. Genéus, alterum in ditione parmensi a me captum mense Majo.

A Platycera Macquartii difert, longitudine majori secundi articuli antennarum, tibiis posticis ciliatis, genis piligeris etc.

Sp. 7. C. SEPARATA *Mihi.*

Mas. Habitu, statura, colore scutelli et palporum similis mari speciei præcedentis, at distinctissimus.

1. *Antennarum* articulo secundo non longiore medietate tertii.
2. isto subtus paulo convexo et extra aliquantulum concavo.
3. *Pilis* discoidalibus abdominis satis longis fere ut macrochetæ.
4. *Tibiis* setis varie elongatis et non æqualibus etc.

Mas tantum mihi notus in collibus ditionis parmensis a me captus mense Majo.

Genus 23. SPYLOSIA *Rndn.*

Exorista *Mgn.* — Masicera *Macq.* A. S. E. p.
Tachina *Mgn. Macq. Zett. Walk.*
Meigenia (part.) *Desv.*

Charact. Gener.

Oculi vel distincte pilosi, vel pubescentes, aut saltem ad lentem puberuli; in fronte maris satis appropinquati sed non subcontigui. — *Antennæ* supra medium oculorum insertæ, articulo tertio ad apicem paulo angustato, longitudine circiter tripla secundi. — *Aristæ* articulus penultimus brevissimus. — *Vibrissæ in genis insertæ longe a margine supero oris.* — *Series* frontales setarum contra apicem articuli secundi antennarum circiter productæ; orales ad medium faciei non ascendentes. — *Scutellom apice setis duabus intermediis erectis et non decussatis.* — *Abdominis* segmenta intermedia dorso macrochetis discoidalibus et marginalibus instructo. — *Alæ* vena quinta longitudinali angulatim flexa, cubito non appendiculato. — *Vena* transversa exterior magis distans ab interiore quam a cubito quintæ longitudinalis. — *Tarsi* maris pulvillis et uncis sat longioribus, antici fœminæ non dilatati.

Species Italicæ

A. *Oculi* pilis longis hirti.

Sp. 1. Majuscula *Mihi.*

AA. *Oculi* brevissime, et vix ad lentem pubescentes.

B. (Mas.) Maculæ nigræ abdominales, in segmentis secundo et tertio, aut saltem in tertio, in medio non conjunctæ, et in hoc ultimo minus distinctæ.

(Fœm.) Maculæ abdominales parum aut vix distinctæ; fuscæ, non nigræ.

Sp. 2. Bisignata *Wiedm.*

BB. (Mas.) Maculæ abdominales, in segmentis secundo et tertio, in medio conjunctæ, et in utroque pari modo distinctæ.

(Fœm.) Maculæ abdominis, nigro-nitidæ, et distinctæ, in segmentis duobus intermediis.

Sp. 3. Floralis *Mgn.* (non Fall.)

Observat. et Synon.

Sp. 1. S. Majuscula *Mihi.* — (Maris Long. Mill. 10-12).
Fœm. 7-9.

A congeneribus statim distinguenda.

Oculis longe et crebre hirtis. — *Maculis abdominalibus* in segmento secundo, nigris, subtrigonis, plus minusve sed semper distinctis; in segmento tertio, non raro subnullis, vel parum apparentibus et sub-ovatis; in medio non conjunctis. — *Abdomine* maris, lateribus rufescentibus, in segmentis tribus vel saltem duobus: fœminæ, maculis nigricantibus dorsualibus, angustis, subrotundatis, sæpius parum perspicuis, et fuscis non nigris.

Palpi in utroque sexu nunc nigri, nunc fusco-rufescentes, nunc sublestacei. — *Statura*, et *color* abdominis, et *latitudo* macularum satis variabiles.

Setæ discoidales segmentorum intermediorum abdominis, in mare plures, in fœmina 2-4 distinctæ.

Non rara in agro parmensi, tempore æstivo et autumnali. — Marem in Etruria captum a D. Pecchioli, et alterum melitensem a D. Schembri accepi.

Sp. 2. S. BISIGNATA *Wdm. Mgn. Desv. Macq.* (exclus. Synon. Fall. *Floralis*) *Zett. Rndn.* — BOREALIS — CYLINDRICA — IMMACULATA — FLAVESCENS — GRISESCENS *Desv.* QUADRIMACULATA *Macq* a. s. e. — BIMACULATA *Mgn.* ? — DUMETORUM (Masicera) *Mql.* Var. fœm. a. s. e.

V. Descript. maris in op. Zetterstedtii, cui adde,

Abdominis latera in segmentis duobus, vel saltem in secundo rufescentia: maculæ nigræ segmentorum intermediorum in medio non conjunctæ, nisi sat raro in segmento secundo tantum. — *Setæ discoidales* plures.

Fœm. *Maculæ* abdominis fuscæ, non nigræ, minores, et sæpe parum aut vix perspiciendæ. — *Palpi* aliquando nigricantes, et aliquando intus fusco-rufi, vel toti rufescentes.

Uterque sexus sat variat statura, et forma macularum abdominis.

Non frequens in agro parmensi etiam montuoso, tempore æstivo, in floribus præsertim imbellatarum.

In Pedemontio quoque inventa a Pr. Bellardi.

Sp. 3. S. FLORALIS *Mgn.* (non Fall. nec Zett.) *Desv. Macq.* (exclus. Syn. Fallenii). — MINUTA *Macq.* (Fœm.) a. s. e.

V. Descript. Meigenii, cui adde:

(Mas.) *Abdominis* maculæ nigræ, in segmentis secundo et tertio, margini postico et in medio conjunctæ. — *Setæ* discoidales in segmentis iisdem paucæ, 2-4, distinctiores.

(Fœm.) Similis mari confluentia macularum abdominis. — *Palpi* in hac, aliquando toti nigricantes, aliquando intus subrufescentes.

Uterque sexus, oculos nudos præbere Meigenius affirmat, tamen ad lentem validam observatos pubescentes apparent: ideo, etiam aliis characteribus consideratis, species ista in Spylosiis locanda erat.

Tach. *Notabilis* vel *Maculosa* Meigenii, nisi una et altera, speciei *Florali* Falleni pertinent; oculis hirtis, et aliis notis, generi distincto referendæ.

Floralis Mgn. non rara tempore æstivo et autumnali in agro parmensi.

Genus 24. (a) **EXORISTA** *Mgn. Macq. Rndn.*
Eurigaster — **Senometopia** *Macq.* —
Tachina *Fall. Mgn. Zett. Walk.*
Phorocera (p) *Mgn. Macq.* —
Bombomydæ — **Agridæ** — **Faunidæ** *Desv.*

Charact. Gener.

Antennæ supra medium oculorum insertæ, articulo tertio dorso non distincte convexo et satis longiore secundo, raro bilongiore tantum. — *Genæ* præter setas ordinarias nec pilosæ nec setulosæ. — *Setæ* orales parum in genis ascendentes raro ad medium et non distincte ultra medium assurgentes; frontales satis longe a peristomio semper sistentes. — *Oculi* distincte pilosi, raro breviter sed manifeste pubescentes; in fronte maris paulo sed numquam valde proximi. — *Vibrissæ* contra marginem superum oris insertæ. — *Vena* transversa exterior magis distans ab interiori, quam a cubito quintæ longitudinalis; ista angulatim cubitata, cubito non appendiculato neque apparenter; (nisi in specimine aliquo abnorme (*) — *Spinula* costalis brevissima vel subnulla, numquam satis valida. — *Scutellum* postice setulis duabus apicalibus decussatis. — *Tarsi* maris pulvillis et uncis longioribus; fœminæ antici non dilatati.

(*) In sp. *Achantina* mihi, appendicula adest brevissima, non spuria, et retro flexa, sed non semper, quod in aliis etiam speciebus aliquando, sed raro observatur.

Species Italicæ

A. *Palpi* saltem extrinsecus distincte rufescentes vel testacei.
B. *Scutellum* totum nigrum vel nigro-cinerascens.
C. *Arista* articulo penultimo distincte elongato et cum tertio manifeste geniculato.

Sp. 1. Fractiseta *Mihi.*

CC. *Arista* articulo penultimo brevi et cum tertio non cubitato.

Sp. 2. Jucunda *Mgn.*

BB. *Scutellum* vel late, vel limbo aut apici rufescens.
D. *Tibiæ* totæ nigræ vel nigricantes, raro piceæ sed non satis distincte rufescentes.
E. *Setæ frontales* serie duplici in genis descendentes.

Sp. 3. Policheta *Macq.*

EE. *Setæ frontales* serie simplici in genis descendentes (aliquando aliqua supranumerum extat sed exilis vel brevis).
F. *Series* setarum orales breves et distantes a medio faciei.
G. *Oculi* pilis longis hirti, vel distincte pilosi. — *Setæ* frontales non ultra radicem aristæ descendentes.
H. *Abdominis* segmenta intermedia in disco macrochetis nullis prædita, sed setulis brevibus et exilibus æque longis.

Sp. 4. Fugax *Mihi.*

HH. *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis aliquibus vel pluribus in disco prædita, saltem nonnullis manifeste majoribus.

I. *Vitta frontalis* rufa: in fœminis latior orbitis.

Sp. 5. Noctuicida *Mihi.*

II. *Vitta frontalis* atra: in fœminis angustior, vel non latior orbitis.

K. *Arista* in tertia parte basali tantum, sed distincte incrassata.

Antennarum articulus tertius, circiter bilongior secundo.

Sp. 6. Glirina *Mihi.*

KK. *Arista* ad medium sed tenuiter incrassata. — *Antennarum* articulus tertius saltem trilongior secundo.

Sp. 7. Sussurrans *Mihi.*

GG. *Oculi* pubescentes, non pilis hirti. — *Setæ frontales* ultra radicem aristæ in genis descendentes.

Sp. 8. Properans. *Mihi.*

FF. *Series* orales setarum ad medium circiter faciei ascendentes.

L. *Macrochetæ* distinctiores discoidales nullæ in segmentis intermediis.

Sp. 9. Fauna *Mgn.*

LL. *Macrochetæ* discoidales plures in segmentis intermediis.

Sp. 10. Libatrix *Panz.*

DD. *Tibiæ* totæ vel partim sed distincte rufescentes vel testaceæ, saltem posticæ.

M. *Femora* rufescentia.

N. *Macrochetæ* discoidales in segmentis intermediis saltem quatuor distinctiores. — *Arista* satis ultra medium et distincte incrassata.

Sp. 11. Fulvipes *Mihi.*

NN. *Macrochetæ* discoidales duæ tantum distinctiores in segmentis intermediis. — *Arista* ad medium tantum et tenuiter incrassata.

Sp. 12. Vetula *Mgn.*

MM. *Femora* nigra vel nigricantia.

m. *Abdomen* tomento flavo, vel griseo-flavescente tectum, tessellis nigricantibus non distinctis.

O. *Setæ validæ discoidales* adsunt, in segmentis intermediis

Sp. 13. Rutilla *Mihi.*

OO. *Segmenta* abdominis intermedia, *macrochetis* discoidalibus destituta.

Sp. 14. Flavicans *Macq.*

mm. *Abdomen* tomento griseo vel cinerascente tectum, tessellis nigricantibus, vel distincte fuscioribus plus minusve variegatum.

P. *Macrochetæ* discoidales nullæ in segmentis intermediis abdominis.

Q. *Arista* prope apicem usque, et distincte incrassata. — *Setæ* orales in genis paulo ascendentes.

Sp. 15. Crassiseta *Mihi.*

QQ. *Arista* non satis ultra medium incrassata. — *Setæ* orales non distincte in genis ascendentes.

R. *Tibiæ* basi late nigricante.

Sp. 16. Separata *Mihi.*

RR. *Tibiæ* non, aut vix ima basi nigricante.

S. *Setæ* aliquæ marginales segmenti secundi satis parvæ et brevissimæ.

Sp. 17. Rasa *Macq.*

SS. *Macrochetæ* marginales segmenti secundi abdominis longitudine et crassitie ordinariis.

T. Maris *abdomen* lateribus trium segmentorum rufescentibus. — *Vitta frontalis* in utroque sexu lateribus paulo angustior.

Sp. 18. Gnava *Mgn.*

TT. Maris *abdomen* lateribus segmenti secundi tantum rufescentibus. — *Vitta frontalis* lateribus plus vel minus sed manifeste latior.

Sp. 19. Lucorum *Mgn.*

PP. *Macrochetæ discoidales* aliquæ vel plures distinctiores, in dorso segmentorum intermediorum.

Q. *Macrochetæ* discoidales distinctiores in segmentis intermediis duæ tantum, et duæ marginales. — *Tibiæ* in medio anguste rufescentes (1)

Sp. 20 Leucophea *Mgn.*

---

(1) In hac sectione locandæ, (si Italicæ) species *albicans* Fallenii, et *Perturbans* Zetterstedtii, ab aliis affinibus facile distinguendæ, peristomio sub oculos distincte producto et non brevissimo, nec sublinearì ut in nostratibus.

UU. *Macrochetæ* plures marginales et discoidales in segmentis intermediis abdominis. — *Tibiæ* late nisi totæ testaceæ.

V. *Antennæ* maris articulo tertio sextuplo circiter longiore præcedente. — Fœminæ *tarsi antici* articulo ultimo satis longiore penultimo et *latiusculo*.

Sp. 21. Falenaria *Mihi.*

VV. *Antennæ* articulo tertio triplo circiter longiore præcedente vel minus. — Fœminæ *tarsi antici* articulo ultimo nec satis longiore præcedente, nec manifeste latiusculo.

X. *Setæ frontales* saltem septem sub originem antennarum coacervatæ, non in serie unica ordinatæ.

Sp. 22. Comata *Mihi.*

XX. *Setæ frontales* 3-4 in serie unica dispositæ a radice antennarum in genis descendentes.

Z. *Series orales* setarum ultra apicem antennarum distincte ascendentes.

Sp. 23. Cheloniæ *Mihi.*

ZZ. *Series orales* setarum non ascendentes ultra apicem antennarum.

Sp. 24. Confundens *Mihi.*

AA. *Palpi* nigri vel nigricantes, rarissimo ad apicem fusco picei, non rufescentes.

W. *Scutellum* saltem apice vel limbo rufescente, non toto nigricante. (*In* Tachina vulgari aliquando griseo, non manifeste rufescente*)*.

Y. *Series* orales setarum prope medium circiter faciei ascendentes.

z. *Abdomen* (fœminæ) segmento ultimo fere duplo longiore præcedente et setis exilioribus instructo.

Sp. 25. Caudata *Mihi.*

zz. *Abdomen* segmento ultimo longitudine præcedenti sub æquale, et setis validis instructo.

Sp. 26. Vulgaris *Fall.*

YY. *Series orales* setarum a medio faciei satis aut valde distantes.

a. *Setæ* frontales in genis descendentes plures, non in serie unica dispositæ, vel inordinatæ, vel in serie duplici decurrentes.

b. Segmenta intermedia *abdominis*, macrochetis validioribus in disco destituta.

Sp. 27. Capillata *Mihi.*

bb. Segmenta intermedia *abdominis* macrochetis aliquibus distinctioribus in disco prædita.

c. *Frons (in mare)* latitudine circiter oculorum. — *Abdomen* lateribus rufo maculatis.

Sp. 28. Cincinna *Mihi.*

cc. *Frons* maris angustior oculis. — *Abdomen* ad latera non rufescente maculatum.

Sp. 29. Crinita *Mihi.*

aa. *Setæ frontales* in genis descendentes seriem unicam constituentes, raro extra lineam aliqua parva adest.

d. *Spinula costalis* validiuscula et sat distincta.

Setæ frontales inferne a carinis facialibus satis divergentes.

Sp. 30. Acanthina *Mihi.*

dd. *Spinula costalis* sat brevis vel subindistincta.

Setæ frontales non manifeste divergentes a carinis faciei.

e. *Arista* articulo penultimo distincte longiusculo.

Setæ frontales ultra radicem aristæ in genis descendentes.

Sp. 31. Confinis *Fall.*

ee. *Arista* articulo penultimo vix distinguendo.

Setæ frontales non ultra radicem aristæ productæ.

f. Mas. *Setæ* discoidales plures in segmentis intermediis abdominis distinctiores. — *Frons* plus minusve flavescens, præsertim in mare.

Sp. 32. Agnata *Mihi.*

ff. Mas. *Setæ* discoidales duæ tantum distinctiores in segmentis intermediis. — *Frons* cinereo-grisea.

g. Mas. *Abdomen* griseum tessellis olivaceis. — *Scutellum* fere totum rufum.

Sp. 33. Cognata *Mihi.*

gg. Mas. *Abdomen* albicans non distincte tessellatum. — *Scutellum* nigrum apice tantum testaceum.

Sp. 34. Parens *Mihi.*

WW. *Scutellum* totum nigrum vel nigricante-cinerascens.

h. *Series* orales setarum ad medium circiter faciei ascendentes.

Sp. 35. Barbatula *Mihi.*

(Nota) Cave, ne hic locum habeant, varietates E. *Vulgaris* scutello extrinsecus non manifeste rufescente, (E. *Stridens* mihi olim), nec *Phoroceras* aliquas, setis oralibus ultra medium faciei non valde ascendentibus, ab E. *Barbatula* distantes, articulo tertio antennarum saltem trilongiore secundo.

hh. *Series* orales setarum a medio faciei satis aut valde distantes.

i. *Abdominis* segmenta intermedia setis discoidalibus nullis validioribus.

k. *Abdominis* segmenta duo tantum basi albofasciata.

Sp. 36 NEMESTRINA *Mgn.*

kk. *Abdominis* segmenta tria basi albicantia vel albifasciata.

l. *Abdomen* nigro-nitidum cingulis tribus angustis albis. *Venæ* transversæ exterioris distantia ab interiori et a cubito quintæ longitudinales parum diversa.

Sp. 37. TRITÆNIATA *Mihi.*

ll. *Abdomen* cinerascens præsertim ad basim segmentorum, apice magis vel minus anguste nigro-limbato. — *Vena* transversa exterior satis distans ab interiori, et proxima cubito quintæ longitudinalis.

Sp. 38. ABERRANS *Mihi.*

ii. *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis saltem aliquibus distinctioribus prædita.

m. *Arista* fere usque ad apicem et distincte incrassata.

Sp. 39. ARISTELLA *Mihi.*

mm. *Arista* vix ultra medium vel tenuiter incrassata.

n. *Antennarum* articulus tertius ad summum duplo, aut parum ultra longior præcedente. — *Abdomen* segmentis intermediis setis longiusculis et erectis non hirtum, sed macrochetis tantum aliquibus distinctioribus.

Sp. 40. Fimbriata *Mgn.*

nn. *Antennarum* articulus tertius trilongior et ultra præcedente. — *Abdomen* segmentis intermediis, præter macrochetas, setis validiusculis et erectis hirtum.

Sp. 41. Temera *Mgn.*

Observat. et Synonym.

Sp. 1. E. Fractiseta *Mihi.* — Longit *Mill.* 6-7.

Mas. *Facies* albicans, frons grisescens, vitta frontali nigricante vel fusco-picea. — *Setæ frontales* 4-5 a radice antennarum in genis descendentes, ad apicem circiter articuli secundi antennarum productæ. — *Orales* satis distantes a medio faciei. — *Antennæ* ad epistomium elongatæ, articulo tertio magis quam duplo longiore præcedente. — *Arista* articulo secundo distincte longiusculo et cum tertio geniculato. — *Palpi* flavescentes. — *Scutellum* nigro-griseum. — *Caliptera* alba. — *Abdomen* griseo cinerascens, tessellis et limbo postico segmentorum nigricantibus: in segmentis intermediis macula lateralis rufa adest etiam in ventre distincte dilatata: *Setæ discoidales* in iisdem segmentis aliquæ,

parum ab aliis distinctæ. — *Alarum* vena quinta longitudinalis ultra cubitum intus incurvata; quarta ad originem setulis 2-3 instructa; transversa exteriori distincte sinuosa. — *Pedes* nigricantes.

Fœm. *Abdomen* minus cinerascens; *macrochetæ* aliquæ discoidales distinctiores in segmentis intermediis.

Non frequens in agro parmensi. — Eam legi a Junio ad septembrem, minus raro in collibus.

Sp. 2. E. Iucunda *Mgn. Macq.*

V. Description. Macquartii in Diar. Soc. Ent. Gall., cui adde:

Fœm. Facies albida. — *Setæ* frontales (in nostra) 3-4 ultra radicem antennarum in genis descendentes. — *Arista* ultra medium distincte incrassata. — *Palpi* subclavati, extrinsecus rufo-testacei intus nigricantes. — *Scutellum* nigro-cinerascens. — *Abdominis* segmenta intermedia late cinerei-albicantia. — *Setæ* aliquæ *discoidales* ab aliis parum distinctæ; *marginales* segmentorum primi et secundi duæ satis distinctiores. — *Alarum* vena quarta longitudinalis ad originem setulis 2-3 instructa. — *Pedes* nigri.

Satis raro eam inveni, et fœminam tantum in collibus agri parmensis, tempore æstivo.

Sp. 3. E. Policheta *Macq.*

V. Descript. in Ann. S. E. Gall. cui adde.

Vitta frontalis nigro-picea. — *Setæ* orales a medio faciei

satis distantes. — *Aristæ* articulus penultimus brevissimus, ultimus, non usque ad medium incrassatus. — *Scutellum* extrinsecus rufum basi nigricante. — *Caliptera* alba. — *Alæ* basi infuscata; vena quarta longitudinali ad originem bisetosa. — *Abdomen* grisescente-nigrum tessellis aliquibus obscurioribus, limbo postico segmentorum nigricante. — *Pedes* nigri.

Bis marem tantum legi in planitie agri parmensis, primo vere.

Sp. 4. E. Noctuicida *Mihi*. — Longit *Mill*. 8-9.

Mas. Fœm. *Setæ frontales* tres a radice antennarum in genis descendentes. — *Orales* satis distantes a medio faciei. — *Antennæ*, longæ, nigræ, articulo tertio quadruplo fere longiore secundo: *Arista* articulo penultimo brevissimo, ultimo ad medium usque tenuiter incrassato. — *Vitta* frontalis nisi latior non angustior lateribus nigro-picea. — *Palpi* flavescentes. — *Scutellum* nigro-grisescens, limbo tantum rufescente. — *Squamæ* albidæ. — *Abdomen* nigro-grisescens, segmento primo toto, sæquentibus limbo postico et vitta dorsuali nigricantibus: segmentis intermediis macrochetis discoidalibus distinctis. — *Vena longitudinalis* quarta ad originem bisetulosa: quinta a cubito ad apicem, ut transversa exterior subrecta. — *Pedes* nigri.

Non frequens in agro Parmensi. Uterque sexus mense majo ex pupa cujusdam nocturni Lepidopteri ortus.

Sp. 5. E. Fugax *Mihi*. — Fœm. Longit *Mill*. 9.

Fœm. *Frons* griseo-sublutescens vitta intermedia nigra, duplo circiter angustiore lateribus. — *Setæ* frontales 3-4 a radice antennarum in genis descendentes, usque ad apicem articuli secundi productæ. — *Antennæ* articulo secundo paulo rufo, duplo et ultra minore longitudine tertio, isto basi sub-rufescente. — *Aristæ* articulus penultimus brevissimus, tertius breviter et tenuiter incrassatus. — *Series orales* setarum satis distantes a medio faciei. — *Palpi* testacei. — *Scutellum* nigro-grisescens limbo rufescente-griseo. — *Caliptera* alba. — *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis discoidalibus non distinctis; segmentum secundum setis majoribus marginalibus quatuor; primum duabus prædita, omnia limbo postico nigricante in intermediis angustiore, alibi grisescentia, vitta excepta dorsuali fusciore. — *Vena* quarta longitudinalis ad originem setula unica sed validiuscula, quinta ultra cubitum distincte incurvata; transversa exterior subrecta. — *Pedes* nigri.

Semel exemplar fœmineum inveni mense majo in planitie ditionis Parmensis.

Sp. 6. E. Properans *Mihi*.

Festinans *Fall. Mgn. Zett. Macq.* Fœm.

T. Diluta *Mgn.* Mas. — Rufoscutellata (Masicera) *Macq.* Mas.

Vide Descriptionem Fœminæ in opere Zetterstedtii; maris in Meigenii Vol. 4, et in Annal. Soc. Ent. Galliæ 1844.

Quibus adde — *Oculi*, in illesis, ad lentem distinstincte pubescentes. — *Scutellum* basi plus minusve nigricante. — *Macrochetæ* marginales segmenti primi abdominis duæ, secundi normaliter quatuor, quarum exteriores sæpius minus validæ.

A julio ad septembrem non raro uterque sexus legitur in agro parmensi.

Tachinæ Festinantis fœmina tantum nota erat dipterologis, quando exemplaria nonnulla mascula inveni, pubescentia oculorum et aliis omnibus characteribus (sexualibus exceptis) Festinanti similia, et ideo mares esse speciei ea credere debemus. — Sed istorum characteres conveniunt pari modo *Tachinæ Dilutæ* Meigenii et *Masiceræ Rufoscutellatæ* Macquartii, quarum masculi tantum descripti sunt; quæ indicant, marem *T. Festin:* non ignotum, sed immerito a fœmina propria sejunctum fuisse; et nunc conjungendas esse in unica, species tres auctorum, vocabulo communi nuncupata.

Clar. Meigenius T. Dilutam nunc in Exoristis nunc in Masiceris posuit, quia forsitan oculos aliquando pubescentes aliquando nudos in diversis exemplaribus observavit, et facilius in *masiceris* uterque sexus a Macquartio locatus fuit, quia exemplaria minus perfecta possidebat, in quibus pubescentia oculorum ægre observanda.

Celeberr. Zetterstedt fœminam istius speciei in *Exoristis* Meigenii admittit, cujus exemplum sæquor, quia oculos semper, quamvis aliquando parum manifeste, pubescentes sunt in utroque sexu.

Sp. 7. E. Sussurrans *Mihi*. — Fœm. Longit *Mill.* 7.

Fœm. *Setæ Frontales* 3-4 a radice antennarum in genis descendentes, usque ad apicem articuli secundi antennarum productæ. — *Orales* vix in facie ascendentes. — *Vitta frontalis* nigra, lateribus angustior. — *Antennarum* articulus tertius triplo et ultra longior secundo: — *Arista* articulis basalibus brevissimis, ultimo ad medium tantum et tenuiter incrassato. — *Palpi* testacei. — *Scutellum* totum rufescens vel ima basi tantum nigricans. — *Caliptera* alba. — *Abdomen* griseum vel cinerascens tessellis aliquibus paulo obscurioribus, et macula centrali segmenti secundi, certa luce observati, nigricante. — *Macrochetœ* discoidales nullæ satis validiores in segmentis intermediis; sed aliquæ vix ceteris majores adsunt et non semper: marginales segmenti primi duæ, tertii quatuor distinctæ, quarum intermediæ sat majores. — *Segmentum* primum totum, et cæ'era limbo postico nigricantia. — *Vena quinta* longitudinalis vix ultra cubitum incurvata. — *Transversa* exterior paulo sinuosa. — *Pedes* nigri.

Paucæ fœminæ tantum captæ, tempore autumnali in collibus ditionis parmensis.

Sp. 8. E. Glirina *Mihi*. — Fœm. Longit *Mill.* 10 circiter.

Fœm. *Facies* alba: Frons cinereo-albicans, vitta intermedia nigro-opaca, lateribus subæque lata. — *Series orales* setarum vix inchoatæ. — *frontales* a radice antenna-

rum in genis descendentes, ad apicem articuli secundi productæ. — *Palpi* testaceo-rufi extrinsecus. — *Antennarum* articulus tertius circiter bilongior secundo. — *Arista* distincte incrassata in tertia parte basali. — *Scutellum* extrinsecus anguste testaceum, intus nigricante-griseum — *Caliptera* alba. — *Abdomen* griseum vitta dorsuali et tessellis distinctis quatuor nigricantibus. — *Macrochetæ discoidales* aliquæ distinctæ in dorso segmentorum intermediorum. — *Marginales* segmenti secundi 4. — *Alæ* circiter ut in præcedente. — *Pedes* nigri.

Numquam mares, et fœminam unicam legi in collibus ditionis Parmensis, supra flores umbellatarum, mense Junio.

Sp. 9. E. Faura Mgn. Macq.

Descriptionibus auctorum adde.

Setæ orales non crebræ, sed paucæ et distantes, fere ad medium faciei assurgentes. — *Frontales* tres (in nostris) a radice antennarum in genis descendentes. — *Arista* satis ultra medium et distncte incrassata. — *Vitta frontalis* nigro-picea, lateribus magis ampla, vel certe non angustior. — *Macrochetæ discoidales* nullæ distinctiores in segmentis intermediis abdominis; *marginales* in primo et secundo duæ tantum. — *Vena transversa* exterior subrecta; quarta longitudinalis ad originem normaliter setulis tribus prædita. — *Scutellum* intus nigricante-cinereum.

las ab aliis non observatus, fæminæ similis, differentiis sexualibus exceptis, et abdominis lateribus paulo rufescentibus.

Non frequens in agro Parmensi. — Eam legi in planitie et in collibus a mense majo ad augustum.

Sp. 10. E. LIBATRIX *Panz. Mgn. Macq. Desv. Zett.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii: cui adde:

Frons vitta intermedia lateribus angustiore. — *Setæ* frontales 3-4 a radice antennarum in genis descendentes. — *Macrochetæ* discoidales distinctissimæ in dorso segmentorum intermediorum. — *Tibiæ* aliquando nigræ, aliquando piceæ.

Vulgaris in agro parmensi, tam in planitie quam in collibus, a mense aprile usque ad octobrem.

Sp. 11. E. FULVIPES *Mihi.* — Mas. Longit. *Mill.* 8.

Mas. *Caput* griseo-lutescens, *fronte* magis grisea; vitta frontali rubescente, lateribus subæque lata. — *Setæ frontales* 5 a radice antennarum in genis descendentes; *Series orales* setarum vix inchoatæ. — *Antennarum* articuli basales rufi, secundo brevissimo, tertio longissimo nigro: — *Arista* articulis primis brevissimis, ultimo satis ultra medium et distincte incrassato. — *Palpi* lutei. — *Scutellum* totum rufescens. — *Calyptera* lutescentia limbo obscuriore. — *Alæ* basi lutea, *Vena* quinta longitudinalis a cubito ad apicem vix in

curvata; transversa exteriori sinuosa. — *Abdomen* grisei lutescentis tomentosum fere unicolor, macrochetis discoidalibus quatuor distinctis in dorso segmentorum secundi et tertii. — *Pedes* toti et omnino fulvi, exceptis tantum pulvillis sub-albidis, et uncis apice nigro.

Unicum specimen masculum, mense aprile, in collibus agri Parmensis inveni.

Sp. 12. E. Vetula *Mgn. Macq.*

Descriptionibus auctorum adde.

Arista ad medium circiter, sed non satis ultra medium incrassata. — *Macrochetæ* discoidales segmentorum intermediorum abdominis duæ non quatuor distinctiores. — *Tessellæ* obscuriores abdominales paulo apparentes.

Marem unum tantum a Pedemontio missum a Clar Genéo, et alterum nuper acceptum a D. Schinero in Germania captum observavi.

Sp. 13. E. Rutilla *Mihi.* — Longit. *Mill.* 7-8.

Similis *Libatrici* Panzerii et *Fulvæ* Fallenii, a quibus difert setis oralibus vix in genis ascendentibus, et arista longius incrassata. A prima vero etiam distincta, tibiis in medio manifeste et late rufis. — præterea: *Palpi* fulvi, *Setæ frontales* ultra radicem aristæ paulo descendentes. — *Caliptera* fusco-flavida, *Alarum* basis distincte flavescens. — *Segmenta* intermedia *abdo-*

minis macrochetis discoidalibus pluribus instructa. — *Scutellum* rufum.

Mas. Genitalia porrecta nigra. — Fœm. palpi crassi subclavati.

Cætera fere ut Libatrice: tamen mas noster oculos brevissime pilosos præbet.

Rarissimo lectus uterque sexus tempore æstivo, in montuosis agri parmensi.

Sp. 14. E. Flavicans *Macq.*

V. Descrip. Fœminæ in Annal. Soc. Entom. Galliæ 1849.

Cui adde. — *Series orales* setarum vix inchoatæ. — *Vitta frontalis* atra, lateribus angustior. — *Abdomen* segmento secundo, certa luce observato, macula centrali distincta subnigricante. — *Arista* fere ad medium et tenuiter incrassata. — *Alæ* basi subflavida; vena quinta longitudinali a cubito ad apicem subrecta. — *Tibiæ* in medio fusco-testaceæ, basi et apice plus minusve nigricantibus.

Maris, a Macquartio non observati, *setæ frontales* quatuor, non tres a radice antennarum in genis descendentes. — *Unci* tarsorum anticorum normaliter obtruncati.

Color in utroque sexu variat a griseo-flavido ad griseum sublutescentem, ita ut cum Excisa Zetterstedtii varietates aliquæ Flavicantis facile confundantur, a qua tamen distincte colore plus minusve magis flavicante, et statura paulo aut satis majore.

Non rara in agro parmensi a Majo ad Septembrem.

Olim amicis communicata nomine *Flavifrontis Mihi.*

Sp. 15. E Crassiseta *Mihi*. — Fœm. Longit *Mill.* 8-9.

Fœm Similis fœminæ E Lucorum Mgn. sed statim distin guenda; *Arista* satis ultra medium et distincte incras sata; tibiisque posticis extrinsecus setis varie elon gatis et crassis, non setis subæqualibus et crebri ciliatis; præterea, *Series orales* setarum in facie magi ascendentes; *Genæ* inferne latiores; *Tibiæ* basi et apic magis vel minus late et distincte nigricantes, speciei nostram a Meigeniana sejungunt.

Fœminas tantum raro legi in collibus et montuosis ditioni parmensis, primo vere (aprile et majo).

Sp. 16. E. Separata *Mihi*.

Iterum similis Ex Lucorum, sed satis distincta, præsertim.

1.° *Tibiis* basi et apice magis vel minus late et distinct nigricantibus.

2.° *Vitta frontali* in fœmina distincte lateribus angustior in mare angustissima.

3.° *Abdominis* segmento ultimo, setis sat validioribus in structo.

Non frequenter Legitur in collibus agri parmensis, tempor æstivo (Julii et Augusti.)

Sp. 17. E. Rasa *Macq*.

V. Descript. in Annal. Soc. Entom. Galliæ 1849.

Exemplar unicum maris a Pedemontio accepi, ubi lectum fu a Prof. Bellardi.

Sp. 18. E. GNAVA *Mgn.* (Macq.).
(BOMBYLANS? Desv.)

Diagnosibus auctorum adde. — *Vitta* frontalis lateribus angustior. — *Arista* ad medium tantum incrassata.

Exemplaria pauca maris a me observata characteres omnes præbent speciei Meigenianæ, excepta longitudine articuli tertii antennarum in nostris triplo fere longioris præcedente; et non duplo tantum, ut in E. Lucorum, cui similis dicitur a Meigenio. — Sed notandum est Exoristam Lucorum, observationibus Macquartii et meis, articulum tertium antennarum triplo longiorem secundo præbere, et sic similitudo duarum specierum manet, exceptis tantum characteribus vittæ frontalis et abdominis coloris in masculis.

Sed si species ista referenda est Gnavæ Meigenii, forte distincta erit a Gnava Macquartii; et quando species gallici dipterologi non dissimilis videatur, tunc mea diversa, et sic aut illa aut ista nomine novo distinguenda. — et eam apellabo *Vigilans* Mihi.

In uno masculorum collectionis meæ articulus secundus antennarum paulo rufescens observatur.

In agro Parmensi species sat rara, tempore æstivo lecta.

Sp. 19. E. LUCORUM *Mgn. Macq.*

In diagnosi Macquartii (Annal. Soc. Ent. Galliæ 1849) articulum tertium antennarum in hac specie trilongiogiorem secundo, dum in Meigeniana duplo tantum longiorem esse dicitur. Sed characteres a Macquartio

observati etiam speciminibus nostris conveniunt, aliis omnibus notis E. Lucorum referendis. — Quod, ni fallor, confirmat exoristas, articulum tertium antennarum triplo longiorem secundo præbentes, et a me relatas E. Gnavæ, huic speciei pertinere, quia similem eam esse E. Lucorum Meigenius affirmat.

Diagnosibus auctorum adde.

Vitta frontalis lata, vel magis ampla, vel non angustior lateribus. — *Arista* ad medium tantum incrassata etc.

Infrequens in agro parmensi tempore æstivo.

Sp. 20. E. Leucophea *Mgn. Macq.*

Femina tantum speciei a Meigenio descripta fuit, et non loquitur de longitudine articulorum secundi et tertii antennarum; a Macquartio vero istarum articulus tertius, quadrilongior dicitur secundo, in utroque sexu, sed longitudo hæc convenit solum antennis masculorum, nam in fœminis articulus iste trilongior tantum præcedente observatur.

In diagnosibus illius et istius auctoris, tibias basi rufescentes esse legitur, sed in non paucis exemplaribus a me observatis, basis tibiarum, quamvis plus minusve anguste, certe nigricans est, et color fusco-rufescens sub basim, seu in medio tantum adest.

Adde quoque descriptionibus. — *Vitta frontalis* lateribus distincte angustior. — *Macrochetæ discoidales* aliquæ in dorso segmentorum intermediorum, aut saltem in segmento tertio manifestæ. — Color *abdominis* griseo fuscus.

Non infrequens in ditione parmensi, præsertim collina, mensibus majo et junio.

Sp. 21. E. Falenaria *Mihi.* — Longit. *Mill.* 6.

Mas. Fœm. Similis statura et habitu *E. Leucopheæ*, sed distinctissima. — *Capite* magis nigro-nitente. — *Abdomine* nigro-levi paulo grisescente, non griseo fusco. — *Macrochetis discoidalibus*, in segmentis intermediis, pluribus et distinctioribus. — *Tibiis* magis late rufescentibus. — *Alarum* vena quinta longitudinali supra cubitum satis incurvata; et præcipue. — *Antennis* articulo tertio in mare saltem sextuplo, in fœmina circiter quintuplo longiore secundo.

Fœmina vero satis etiam distincta ab aliis affinibus, articulo ultimo tarsorum anticorum duplo circiter longiore, et majore penultimo.

Palpi, scutellum etc. utriusque sexus, circiter ut in *Leucophea.*

Legitur in agro Parmensi primo vere et tempore autumnali. Numquam inventa in mensibus Junio Julio et Augusto. Domi semel orta fœmina, a pupa cujusdam Falenæ.

Sp. 22. E. Comata *Mihi.* — Mas. Longit. *Mill.* 8.

Similis habitu et statura mari *E. Gnavæ* et *Lucorum*, sed statim distinguendus; *macrochetis* plurimis discoidalibus in dorso segmentorum intermediorum; et *setis frontalibus* ad unumquodque latus 7-8 in serie unica non dispositis, a radice antennarum descendentibus:

nec non *tibiis posticis* setis validiusculis et non satis crebre extrinsecus ciliatis; præterea speciem distinguunt: *Scutellum* rufescens. — *Palpi* testacei. — *Abdomen* lateribus rufescentibus in tribus segmentis. — *Vitta frontalis* nigro-picea, lateribus vel angustior vel non latior. — *Series setarum frontales* usque ad aristam productæ, et non ultra; *orales* in genis ascendentes distincte ultra apicem antennarum.

Mascula tantum pauca inveni, in collibus et planitie ditionis Parmensis.

Sp. 23. E. Cheloniæ *Mihi.* — Long. (Maris.) *Mill.* 8-9. (Fœm.) 7-8.

Similis præcedenti, et cum eadem facillime confundenda; difert tamen uterque sexus, *setis frontalibus* in unica serie ordinatis, in mare sex, in fœmina quinque aut quatuor: *abdomine* magis etiam setoso; et *tibiis* posticis in mare crebrius extra ciliatis, et basi distincte exilioribus.

Palpi, antennæ, scutellum, pedes, series setarum orales etc. ut in præcedente.

Satis frequens tempore æstivo et verno in collibus agri parmensis et minus vulgaris in planitie. — Ex pupis orta *Cheloniæ* Cajæ.

In Pedemontio quoque lecta a Mussino et Truqui.

Sp. 24. E. Confundens *Mihi.* (Mas) — Longit. *Mill.* 7.

Vitta frontalis atra velutina, lateribus non distincte angustior.

eries setarum orales in facie ultra apicem antennarum non manifeste ascendentes, speciem hanc a præcedente sejungunt, sed etiam *Abdomine* distincte minus setoso, et statura satis minore ista ab illa diversa.

Cætera ut in *multisetosa.*

Lecta mascula tantum pauca, in collibus agri parmensis, tompore autumnali.

---

5. 25. E. Caudata *Mihi.* — (Fœm.) Long. *Mill.* 8-9.

Antennæ nigræ, articulo tertio quadruplo circiter longiore secundo — *Arista* incrassata usque prope apicem, articulo penultimo longiusculo.

Vitta frontalis fusco-rufescens, spatiis prope ocularibus latior, vel non angustior.

Setæ frontales 4-5, in serie unica a radice antennarum in genis descendentes ultra insertionem aristæ; *orales* ad medium usque faciei assurgentes.

Palpi nigri. — *Scutellum* fusco-rufescens, basi nigricante.

Thorax griseo-cinerascens. — *Abdomen* griseum, tessellis fuscis et nitidis: segmento primo, in dorso macrochetis duabus marginalibus; secundo et tertio macrochetis aliquibus discoidalibus, præter marginales; quarto duplo circiter longiore præcedente, et postice attenuato, setis sub æqualibus plurimis sparsis. — *Caliptera* albicantia. — *Pedes* nigri.

Fœminam non raro legi, mensibus majo et junio, in collibus agri parmensis. Mas. ignotus.

Sp. 26. E. VULGARIS *Fall. Mgn. Macq. Zett. Walk.*
DISTANS, AUDAX, SCUTELLARIS, FLORIDA *Macq.*

Exoristarum *Distantis, Audacis, Scutellaris* et *Floridæ* fœminas ab auctore ipso specierum accepi, quarum differentiæ, varietates, non species indicare pro cert habeo; nam parvi momenti eas puto, dum æquale observavi, in individuis istius, vel aliarum specierum ex unica eruca vel pupa ortis. — Præterea in *Distantis* exemplare a me observato, vena transversa exterior alarum, minus distat a cubito, quam in icon operis Macquartii. — V. Annal. Societ. Entom Galliæ 1849.

Specimina aliqua apicem scutelli griseum non manifeste rufescentem præbent. (E. Stridens Mihi in litt.)

Frequens cum varietatibus, in ditione parmensi tam in planitie quam in montuosis, ab aprile ad septembrem, frequens etiam in aliis provinciis italicis.

Sp. 27. E. CAPILLATA *Mihi.* — (Mas) Longit. *Mill.* 8 (Fœm.) 7.

Mas. *Frons* duplo angustior oculis, vitta intermedia atro-opaca. — *Antennæ* nigræ, articulo secundo duplo ultra breviore ultimo; *arista* fere usque ad medium sed tenuiter incrassata, articulo penultimo distinct sed brevi. — *Setæ frontales,* a radice antennarum in genis descendentes 8-9, inordinatæ, et usque a radicem aristæ productæ: *orales* exiliores, ad medium faciei non ascendentes. — *Palpi* atri. — *Scutellum*

nigrum rufo-limbatum. — *Caliptera* luride albicantia. — *Abdomen* griseo-cinerascens, fusco-tessellatum, margine postico segmentorum nigricante; segmentis intermediis, macrochetis majoribus non distinctis; secundo et tertio macula laterali rufa signatis. — *Alæ* vena longitudinali quinta, a cubito ad apicem subrecta; transversa exteriori flexuosa. — *Pedes* nigri, pulvillis fuscis.

Fœm. *Frons* latitudine oculorum, vitta latiore nigro-picea. — *Setæ* frontales in genis descendentes inordinatæ 6-7. — Cætera, exceptis characteribus sexualibus, ut in mare circiter.

Non frequens in agro parmensi, etiam apennino, tempore æstivo: Mas rarior.

Sp. 28. E. Cincinna *Mihi*. — (Mas.) Long. *Mill.* 8.

Maris *frons* latitudine oculorum, vitta intermedia nigro-opaca. — *Setæ frontales* a radice antennarum in genis descendentes 8-9, inordinatæ; *orales* in facie parum ascendentes. — *Antennæ* nigræ, articulo secundo triplo circiter breviore tertio: *arista* fere ut in specie præcedente. — *Palpi* atri. — *Scutellum* late rufum, basi nigricante. — *Abdomen* circiter ut in E. *Capillata*, sed macrochetis discoidalibus, in segmentis intermediis instructum, et marginalibus in segmento secundo saltem 6, dum in alia specie 2-4. — *Pedes* nigri. — *Alæ* ut in *comata*.

Marem unicum possideo, in collectiuncula e Pedemontio mihi transmissa a Genèo, inventum.

Sp. 29. E. Crinita *Mihi.* — (Mas.) Long. *Mill.* 8.

Maris *frons* angustior, sed non duplo angustior, oculis; vitta nigra opaca. — *Antennæ* nigræ, articulo secundo triplo fere breviore tertio; *arista* prope basim tantum incrassata, articulo penultimo vix distincto. — *Setæ frontales* 6 a radice antennarum in genis descendentes, inordinatæ; *orales* vix in facie ascendentes. — *Palpi* nigri. — *Scutellum* late rufum, basi nigricante. — *Caliptera* albida. — *Abdomen* angustum, cinerascens, vitta dorsuali et tessellis nigricantibus, et margine postico segmentorum late nigro: macrochetis marginalibus et discoidalibus longis et crassis præditum; marginalibus in segmento primo 4, in secundo 6: lateribus segmentorum secundi et tertii haud rufo-maculatis. — *Alæ* vena quinta longitudinali supra cubitum manifeste incurvata; transversa exteriori subrecta. — *Pedes* nigri, pulvillis sordide albis.

Semel captus mas, in ditionis parmensis planitie mense Majo.

Sp. 30. E. Achanthina *Mihi.* — Long. *Mill.* 7. (Fœm.)

Caput albidum, nigro-nitens; *frons* porrecta; *genæ* latæ; *vitta frontali* ampla, nigra vel nigro-picea. — *Setæ frontales* usque ad aristam non descendentes; *frontales* parum in genis assurgentes. — *Antennæ* nigræ, articulo secundo duplo circiter breviore tertio. *Arista* ad medium incrassata, articulo penultimo sat breve. *Palpi* nigri, crassiusculi, subclavati. — *Scutellum*

limbo anguste fuscorufo. — *Abdomen* nigrum, segmentis ad basim late cinerascentibus; *Macrochetæ* marginales in segmentis duobus primis 4-6, discoidales in intermediis aliquæ distinctiores. — *Alæ* paulo infuscatæ, costa fusciore, ad basim et intus fusco flavida: spinula costalis distincta. — Cubitus *venæ* quintæ appendicula brevi, non spuria, et retro flexa. — *Caliptera* sordide albicantia. — *Pedes* nigri.

Sp. 31. E. CONFINIS *Fall. Mgn. Macq. Zett.*
ZONATA *Macq.* — PRÆTERVISA (Fœm.) *Zett.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

In quibus corrige: *Antennarum* articulus tertius, in mare quadrilongior, in fœmina circiter trilongior secundo. — *Scutellum* nunc magis nunc minus late rufum, aliquando fere totum. — *Abdomen* lateribus sæpe rufescentibus præsertim in mare, segmento tertio, in fœmina, ad basim, saltem lateribus paulo cinereo-albido, et non ut in mare lato nigro. — *Aristæ* articulus penultimus nunc magis nunc minus longiusculus, et cum ultimo non raro geniculatus.

Variat, *vena* transversa exteriori nunc magis, nunc minus distante a cubito quintæ longitudinalis, et *setis* frontalibus a radice antennarum in genis descendentibus numero vario, etc.

Vulgaris in agro parmensi, tam in planitie quam in montuosis, a Majo ad Octobrem; in floribus præsertim umbellatarum; sed etiam Brixiæ a Pr; Erra lecta.

In Etruria a Pecchioli; et Venetiis a Com: Contarini.

Sp. 32. E. Agnata *Mihi.* (maris) Long. *Mill.* 6-7.

Maris *frons* duplo angustior oculis, sublutescens, vitta intermedia atra opaca. — *Setæ frontales* in genis descendentes 4-5; — *Antennæ* nigræ, articulo tertio fere triplo longiore præcedente; *arista* parum et breviter incrassata, articulo penultimo parum distincto. — *Series orales* setarum brevissimæ. — *Palpi* nigri. — *Scutellum* testaceum basi nigricante. — *Calipteræ* fusco-alba. — *Abdomen* grisescens non distincte tessellatum, limbo postico segmentorum late nigro-nitido: macrochetis discoidalibus pluribus instructum, in dorso segmenti tertii seriem transversam constituentibus, et aliquando etiam in secundo; in segmentis primo et secundo sex marginalibus. — *Alæ* vena quinta longitudinali, supra cubitum, paulo intus flexa; transversa exteriori sinuosa. — *Pedes* nigri, pulvillis fuscis.

Fœm. Magis nigricans; macrochetis abdominis paucis; segmenti secundi duabus discoidalibus et quatuor marginalibus; tertii discoidalibus quatuor, fere in eadem linea dispositis.

Rarissima, in collibus ditionis parmensis mense majo, duo mascula tantum inventa, et unica fœmina.

Sp. 33. E. Cognata *Mihi.*

Mas. similis mari E. Agnatæ at distinctissimus; *fronte* grisea

non lutescente. — *Abdomine* fusco-griseo, tessellis fuscioribus olivaceis distinctis variegatum. — *Setis discoidalibus* paucis et seriem transversam distinctam, nec in secundo, nec in tertio segmento constituentibus: *marginalibus* duabus tantum distinctioribus in segmento primo; duabus sat majoribus, et duabus minoribus in segmento secundo, non sex in uno et altero etc.

Cœtera circiter ut in præcedente.

Rarissimo lectus mas in collibus agri parmensis.

Sp. 34. E. Parens *Mihi.*

Mas iterum similis Agnatæ, et etiam Cognatæ, a quibus differt, scutello fere toto nigro, vix apice paulo testaceo, et vena quinta longitudinali supra cubitum intus valde, et non vix incurvata.

Ab Agnatæ mare etiam distinctus, fronte cinerascente non lutescente, et setis discoidalibus abdominis duabus tantum validioribus in segmentis intermediis: marginalibus in secundo duabus; in tertio quatuor sat majoribus, et non sex in utroque segmento.

A Cognatæ vero masculo difert etiam colore abdominis albido-cinereo, non distinctis tessellis variegato.

Sp. 35. E. Barbatula *Mihi.* (Maris) Long. *Mill.* fere 7.

Maris *frons* latior medietate oculorum, griseo-nigricans,

vitta atra opaca. — *Setæ frontales* in genis descendentes 3-4. — *Orales* exiles et breviusculæ ad medium fere genarum ascendentes. — *Palpi* nigri. — *Antennæ* nigræ, articulo tertio duplo circiter longiore præcedente; *arista* non usque ad medium incrassata, articulo penultimo distincto sed non longo. — *Scutellum* nigrum, vix cinerascens. — *Caliptera* sordide alba. — *Abdomen* nigrum vix grisescens, distinctius ad basim segmentorum; crebre sed breviter setosum macrochetis discoidalibus nullis distinctioribus in segmentis intermediis; marginalibus in segmento primo 2; in secundo 4. — *Alæ* vena quinta longitudinali supra cubitum incurvata; transversa exteriore paulo sinuosa. — *Pedes* nigri, tibiis posticis, setis æqualibus, sed non satis crebris, ciliatis extrinsecus.

Mas tantum lectus in planitie prope Parmam.

Sp. 36. E. Nemestrina *Mgn. Macq.*

V. Diagnos. Auctorum

quibus adde. *Palpi* aliquando ad apicem picei subrufescentes. *Abdominis* fascia albicans postica non semper manifeste latior præcedente. — *Macrochetæ* discoidales nullæ, in segmentis intermediis, saltem fœminæ: marginales in segmento primo non distinctæ, in secundo duæ.

A Julio ad Septembrem, in planitie et collibus agri parmensis legitur, sed non vulgaris.

Sp. 37. E. TRITÆNIATA *Mihi*. (Fœm.) Long. *Mill*. 5-6.

Fœminæ *frons* latitudine circiter oculorum, griseo-albicans, vitta intermedia nigro-picea. — *Setæ frontales* in genis descendentes 3-4. — *Orales* paucæ, et parum in facie assurgentes. — *Antennæ* nigræ, angustæ, articulo tertio fere triplo longiore præcedente: *arista* ad medium usque, sed tenuiter incrassata; articulo penultimo distincto. — *Palpi* nigri, clavati, clava aliquando ad apicem paulo rufescente, vel picea. — *Scutellum* grisescente-fuscum, basi fusciore. — *Caliptera* alba. — *Abdomen* nigro-nitidum, ad basim segmentorum 2. 3. 4. fascia latiuscula alba, in medio interrupta; segmenti tertii latiore. — *Macrochetæ* discoidales nullæ in segmentis intermediis; *marginales* in segmento primo non manifestæ, in secundo duæ tantum. — *Alæ*, vena quinta longitudinali, angulo paulo rotundato flexa, et supra angulum parum incurvata; transversa exteriore paulo sinuosa, et non satis distante ab interiore, ut in aliis speciebus. — *Pedes* nigri.

Fœminas tantum, et non frequenter inveni, mensibus majo et junio in collibus agri parmensis.

Sp. 38. E. ABERRANS *Mihi*. (Fœm.) Long. *Mill*. 6.

Fœminæ *frons*, latitudine oculorum, vitta latiuscula picea. — *Setæ frontales* in genis descendentes 2-3. — *Orales* paucæ a medio faciei sat distantes. — *Antennæ* nigræ, articulo tertio triplo et ultra longiore præce-

dente; *arista* ad medium usque et distincte incrassata, articulo penultimo manifesto. — *Palpi* nigri subclavati. — *Scutellum* fusco-cinerascens. — *Abdomen* nigro-nitens, late ad basim segmentorum subcinerascens, fusco-tessellatum, prope incisuras magis albidum: segmento primo, macrochetis destituto; secundo marginalibus tantum duabus prædito; tertio discoidalibus nullis. — *Caliptera* alba. — *Alæ* vena quinta longitudinali a cubito ad apicem paulo intus flexa; transversa exteriori subrecta. — *Pedes* nigri.

Unicam fœminam inveni, in collectiuncula, a fratribus Villa, ex Insubria, missa.

Sp. 39. E. Aristella *Mihi*. (Fœm.) Longit. *Mill*. 4-5.

Fœminæ *frons*, latior oculis, vitta lata picea. — *Setæ frontales*, in genis descendentes 3-4: *orales* paucæ, sed in facie paulo ascendentes, tamen a medio genarum distantes. — *Antennæ* nigræ, articulo tertio duplo longiore præcedente; *arista* prope apicem usque et distincte incrassata; articulo penultimo longiusculo. — *Palpi* nigri, clavati, apice paulo piceo. — *Scutellum* fusco-subcinerascens. — *Abdomen* nigro-nitens, fasciis tribus ad basim segmentorum albidis, latis, et postice nigricante tessellatis. — *Macrochetæ discoidales* duæ in segmentis intermediis: marginales duæ in segmentis duobus primis. — *Alæ* circiter ut in præcedente. — *Pedes* nigri.

Fœminam unicam inveni, mense majo in planitie prope Parmam.

Sp. 40. E. Fimbriata *Mgn. Zett. Macq.*

V. Descript. Zetterstedtii

Mensibus Majo Junio et Julio in planitie et collibus agri parmensis a me lecta, sed non frequenter.

Sp. 41. E. Temera *Mgn.*

V. Descript. Meigenii, cui adde:

Maris *frons* angustior oculis; fœminæ, latitudine oculorum. *Scutellum* nigricans, cinerascens. — *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis marginalibus et discoidalibus instructa.

Mensibus præsertim majo et junio in agri parmensis collibus et planitie non raro legitur.

Genus 24 (b) EPICAMPOCERA *Macq.*

Tachina *Mgn.*

Exorista *Mgn.*

Charact. Gener.

Genæ pilis exilibus tectæ, præter setas orales et frontales:
Setæ orales parum in genis assurgentes.
Antennarum articulus tertius dorso convexo, præsertim in masculis
Arista paulo pubescens.
Cætera fere ut in genere Exorista.

Species Italica unica 1. Succincta *Mgn.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. E. Succincta *Mgn. Mqrt.*

V. Descriptiones auctor: quibus adde.

Frons, in utroque sexu parum angustior oculis — *Abdominis* segmentum secundum, et aliquando etiam tertium, lateribus non raro rufescentibus, sed sæpius et latius in mare. = *Macrochetæ*, in segmento primo quatuor marginales; in secundo plurimæ et breves discoidales, et sex marginales; in tertio plures adsunt discoidales varie elongatæ etc.

Frequens a Majo ad Septembrem, in planitie et collibus agri parmensis. Prope tergestum quoque inventa a D. Schiner.

;enus 24. (c) LOMACHANTHA *Mihi.*

Caract. Gener.

pinula costalis satis valida et erecta.
cutellum setulis apicalibus decussatis destitutum.
ntennæ articulo tertio apice paulo extrinsecus acuminato.
œtera circiter ut in Genere *Exorista.*

Species Italica unica — 1. Parra *Mihi.*

Observat. et Synonym.

D. 1. L. Parra *Mihi.* — Long. (Maris) *Mill.* 7-10. (Fœm.) 6-8.

laris *frons*, satis angustior oculis, cinerascens, vitta nigra paulo grisescente. — *Setæ frontales* a radice antennarum in genis descendentes 5-6, non ultra radicem aristæ productæ: *orales* in facie, distincte, sed non ad medium genarum assurgentes. — *Antennæ* nigræ, articulo tertio duplo circiter longiore præcedente: *arista* tenuiter, et gradatim ad medium incrassata, articulo penultimo, non longo, sed distincto. — *Palpi*

nigri, porrecti. — *Scutellum* ut *Thorax* nigricante grisescens. — *Caliptera* alba. — *Abdomen* plus minusve griseo-cinerascens, limbo postico segmentorum nigro-nitido. — *Macrochetæ discoidales*,, in segmenti intermediis, duæ distinctiores, et aliæ minores: *marginales*, in segmento primo duæ, in secundo duæ vel quatuor. — *Alæ* vena quarta longitudinali, ad originem, setulis 4-6 instructa: quinta, a cubito ad apicem recta. — *Pedes* nigri.

Fœminæ *frons* latitudine oculorum. — *Macrochetæ* discoidales duæ tantum, in segmentis intermediis abdominis et duæ marginales in segmentis duobus primis.

Non frequens tempore æstivo, in ditione parmensi, etiam montuosa.

Genus 23. PERICHETA *Mihi*. (1).

Policheta *Rndn.* (prod.)

Phorocera *Mgn. Macq.*

Tachina *Fall. Mgn. Zett.*

(1) Nomen mutavi, ne cum Familia Zetterstedtii *(Policheta)* confundatur.

Charact. Gener.

Oculi manifeste pilosuli. — *Peristomium* parum descendens, satis brevior medietate oculorum. — *Frons*, in utroque sexu lata et seriebus quatuor setarum instructa. — *Antennæ* supra medium oculorum manifeste orientes, articulo tertio satis longiore præcedente; *arista* articulo penultimo distincto, non longo. — *Setæ frontales* ultra radicem aristæ non descendentes; *orales* satis ultra medium faciei, in serie unica assurgentes. — *Scutellum* setulis duabus apicalibus præditum, sed divaricatis, non decussatis. — *Alarum* vena quinta longitudinalis, arcuatim, vel sub-arcuatim flexa, non manifeste angulatim, cubito appendicula nulla, neque apparenter appendiculato: *Spinula* costalis brevissima. — *Abdomen* setosissimum, segmenta omnia, in mare tota, in fœmina fere tota, macrochetis cincta. — *Pulvilli* et *unci* tarsorum, in mare circiter ut in fœmina parvi.

Species Italica unica 1. Unicolor *Fall.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. P. Unicolor *Fall. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*

V. Descript. Zetterstedtii,

Sed considera, Speciei fœminam tantum ab auctoribus descriptam fuisse, cum qua masculi confusi, quia isti

dificillime distinguendi. — Et revera eorum *frons*, seriebus quatuor setarum, ut in alio sexu instructa; *pulvilli* et unci tarsorum, fere æqualiter in mare et fœmina parvi; *anus* in utroque sexu retractus, sexualem differentiam non demonstrant.

Primis meis observationibus, feminas esse credidi, specimina characteribus fortuitis distincta, sed iisdem melius in posterum studendo, observavi, nonnulla exemplaria pulvillos pedum anticorum retro flexos, et ab uncis divaricatos præbere, et alia uncis propriis sub-contiguos et non divergertes: et in primis cavum anale, prominentia infera subtuberculiforme, in aliis non manifesta instructum videtur; quæ differentiæ sexuum distinctionem demonstrant.

Inde diagnosibus auctorum adde

Maris, *pulvilli* tarsorum anticorum retro flexi, ab uncis propriis divaricati: Cavum anale, *prominentiam* inferam sub-tuberculiformem præbens.

Fœminæ, *pulvilli* uncis propriis sub-contiguis, non retroflexi. Cavum analæ, *prominentia* non manifesta.

Vulgaris in agro parmensi, a Junio ad Septembrem.

In Etruria quoque lecta a Piccioli.

Genus 26. PHOROCERA *R-D. Mgn. Macq. Rndn.*
TACHINA *Fall. Mgn. Zett. Walk.*
METOPIA p. LIDELLA p. *Macq.*

Charact. Gener.

Antennæ elongatæ, supra medium oculorum distincte insertæ. — *Arista* articulo penultimo non satis elongato. — *Oculi* pilosi, vel distincte pubescentes. — *Setæ frontales* ultra radicem aristæ non descendentes; *orales* ultra medium faciei plus minusve assurgentes. — *Abdomen* segmentis duobus basalibus macrochetis non cinctum. — *Alæ* vena quinta longitudinali angulo plus minusve valido flexa, isto neque apparenter appendiculato, (1) *Spinula* costali brevi vel brevissima. Differentiæ sexuales adsunt pulvillorum, in mare, longiorum, et setarum frontalium, in eodem sexu, in series duas tantum dispositarum (2).

(1) Raro appendicula brevis et non spuria adest, in aliquo individuo.

(2) Generum nonnullorum, *Phoroceris* et *Botriis* affinium, institutionem necessariam credens, sic illa et ista in ordinem redigo.

1. *Peristomium* sub oculos parum productum; saltem brevius medietate oculorum.

2. *Vena* quinta longitudinalis, arcuatim, non angulatim flexa.

Genus 26 (A) LECAMPA *Mihi.*

A. *Phoroceris* et generibus proximis distinctum char. hisce.

1.° *Scutellum* setulis apicalibus destitutum, intra setas majores sub-apicales.

2.° *Peristomium* sub-oculos parum productum, brevior medietate oculorum.

---

c. *Tarsi* intermedii maris articulo apicali valde dilatato.

Venter fœminæ non carinato-compressus

Scutellum in utroque sexu, setulis apicalibus destitutum.

Gen. 26 (A) LECAMPA *Mihi*

Sp. Typ. nova L. PATELLIFERA Mihi.

cc. *Tarsi* maris forma ordinaria.

Venter fœminæ compresso-carinatus.

Scutellum in utroque sexu, setulis apicalibus præditum, intra duas ordinarias sub-apicales.

Gen. 26 (B) MACHÆRÆA *Mihi.*

Sp. Typ. nova M. SERRIVENTRIS Mihi.

bb. *Vena* quinta longitudinalis magis vel minus distincte angulatim non arcuatim flexa.

Gen. 26 (C) PHOROCERA *Mgn.*

Sp. Typ. P. PUNCTATA Mgn.

aa. *Peristomium* sub oculos satis productum, saltem longior medietate oculorum.

2.° *Alæ*, vena quinta longitudinali, arcuatim, non angulatim flexa, neque plicatura membranæ apparenter appendiculata.

3.° *Tarsi* intermedii maris, articulo apicali latissime sub-trigono.

4.° *Abdomen* in utroque sexu, segmento ultimo, seriebus saltem duabus setarum marginato.

5.° *Venter* fœminæ non carinato-compressus.

I. *Setæ* orales satis crebræ in duplici serie dispositæ, ultra medium faciei ascendentes.

Tarsi præsertim postici superne ciliati, in mare longius et distinctius.

Gen. 27 (A) BOTRIA *Rndn.*

Sp. Typ. B. PASCUORUM Rndn.

II. *Setæ* orales parum aut non satis crebræ, in serie unica ultra medium faciei assurgentes. — *Tarsi* neque in mare superne ciliati.

a. *Arista* distincte incurva, articulo penultimo brevissimo.

Scutellum setulis duabus apicalibus destitutum; setis sub-apicalibus decussatis.

Gen. 27 (B) CAMPYLOCHETA *Mihi.*

Sp. Typ. Phoroc. SCHISTACEA Mgn.

aa. *Arista* rigida et recta, articulo penultimo longiusculo.

Scutellum setulis duabus apicalibus, intra majores sub-apicales instructum, nec illis nec istis decussatis.

Gen. 27 (C) ISTOCHETA *Mihi.*

Sp. Typ. nova FRONTALIS Mihi.

Observat. et Descript:

Sp. 1. L. Patellifera *Mihi.* — Longit. *Mill* 6-7.

Maris frons angustior oculis, albicans, vitta atra opaca. — *Setæ frontales* 2-3 a radice antennarum in genis descendentes. — *orales* circiter 8, ultra medium faciei productæ.

Antennæ nigræ, articulo tertio triplo circiter longiore præcedente: *arista* breviter ad basim incrassata, articulo penultimo vix distincto. — *Palpi* nigri.

Scutellum nigrum, grisescens. — *Caliptera* sordide alba. — *Abdomen* segmentis tribus posterioribus, late ad basim subcinerascentibus, limbo postico nigro-nitido. — *Segmentorum* primi et secundi margo posticus bisetosus; secundi et tertii, discum etiam bisetosum.

Pedes nigri. — *Vena* quinta longitudinalis aliquando in angulum, sed satis rotundatum, flexa.

Fœmina, characteribus sexualibus exceptis, similis mari.

Non rara, præsertim mensibus Majo et Junio, in planitie et collibus agri parmensis.

Genus 26. (B) MACHÆRÆA *Mihi.*

A *Phoroceris* et Gen: proximis distinctum, præsertim notis sequentibus.

1.° *Peristomium* sub oculos parum productum, brevius medietate oculorum.

2.° *Scutellum* setulis duabus apicalibus, decussatis præditum.

3.° *Abdomen* segmento apicali serie unica setarum marginato.

4.° *Venter* fœminæ, segmentis intermediis compresso-carinatis, et apice cultro subtus flexo, incurvo, plus minusve observando, instructus.

5.° *Vena* quinta longitudinalis curvatim, et non distincte angulatim flexa.

6.° *Tarsi* omnes forma ordinaria.

Species Italica unica 1. Serriventris *Mihi.*

Observat: et Descript.

Sp. 1. M. Serriventris *Mihi.* — Longit. *Mill.* 5-8.

Maris frons latitudine circiter oculorum, vitta atra, opaca. — *Setæ frontales* 2-3 a radice antennarum in genis descendentes; *Orales* 6-8 ultra medium faciei assur-

gentes. — *Antennæ* articulo tertio, saltem quintuplo longiore præcedente; *arista* in medietate basali partim lutescente, ad medium circiter sed parum crassiuscula, articulo penultimo distincto non tamen longo. — *Palpi* lutei, exiles. — *Scutellum* griseum præsertim extrinsecus. — *Caliptera* alba. — *Alæ* vena quinta nunc magis nunc minus distincte arcuatim, sed non angulo valido flexa. — *Abdomen* griseo-cinerascens, limbo postico segmentorum late nigro nitido. — *Macrochetæ* marginales in dorso segmentorum primi et secundi duæ; discoidales, in segmentis tribus posterioribus duæ vel quatuor. — *Pedes* nigri, tarsis omnibus simplicibus.

Fœminæ *frons* latior oculis. — *Abdominis* segmenta præsertim intermedia, inferne producta, carinato-compressa, carina denticulis serrata: *Anus* cultro incurvo, exili, corneo, longiusculo, intra carinam segmenti proximi locando, instructus. — *Cætera* fere ut in masculo.

Statura maxime variat, uterque sexus.

Non rara in agro parmensi a Junio ad Octobrem, præsertim in collibus. — Fœminam in Pedemontio captam misit Pr. Bellardi et olim marem a Veneto Com: Contarini.

Genus 26 (C) PHOROCERA *R.-D. Mgn. Macq. Rndn.*

V. Synonim. et Descript. jam retro inscriptas, sed genericæ agnosc, ut melius istud ab affinibus distinctum sit, adde.

Peristomium brevius medietate oculorum. — *Scutellum* setulis duabus apicalibus, decussatis præditum, intra duas majores subapicales. — *Abdomen* segmento postico, seriebus saltem duabus setarum ad apicem marginato. — *Alæ* vena quinta longitudinali, angulo plus minusve valido, non curvatim flexa, angulo neque apparenter (1) appendiculato. — *Tarsi* omnes forma ordinaria, etiam in mare.

Fœminæ *venter* non carinato-compressus etc.

Species Italicæ

A. *Vena quinta* longitudinalis a cubito ad apicem recta, vel vix flexa, ita ut angulus interior latus non rectus appareat.

B. *Scutellum* nigricans, vel cinerascens, neque ad apicem nec limbo rufescens.

Sp. 1. Picipes *Mihi.*

(1) Angulo in individuo aliquo, raro, appendicula brevi, non spuria, prædito.

BB. *Scutellum*, saltem limbo vel ad apicem rufescens.

C. *Abdomen* vel cinerascens vel griseo-lutescens, sed limb postico segmentorum nigro nitido. — *Tibiæ* nigræ.

Sp. 2. Polleniella *Mihi.*

CC. *Abdomen* griseum vel cinerascens, etiam in limbo postic segmentorum. — *Tibiæ* in medio lutescentes.

Sp. 3. Grisella *Mihi.*

AA. *Vena quinta* longitudinalis, supra cubitum plus minus intus flexa, ita ut angulus interior rectus vel subre ctus appareat.

D. *Abdominis* segmenta intermedia, macrochetis discoidal bus destitutum.

Sp. 4. Scutellaris *Fall.*

DD. *Abdominis* segmenta intermedia, macrochetis discoida libus nonnullis prædita.

d. *Palpi* flavi.

Sp. 5. Verecunda *Mihi.*

dd. *Palpi* nigri.

E. *Tibiæ* nigræ non fusco-testaceæ, posticæ setulis vari elongatis instructæ.

Sp. 6. Pumicata *Mgn.*

EE. *Tibiæ* in medio fusco-testaceæ: posticæ, setulis crebri et æqualibus ciliatæ, una excepta majori subinter media.

Sp. 7. Cilipeda *Mihi.*

Observ. et Synon.

Sp. 1. P. Picipes *Mihi.* — Longit. *Mill.* 4–5.

Maris *frons* latitudine oculorum, vitta picea. — *Setæ frontales* a radice antennarum in genis descendentes 3–4 majores, et aliquæ minores, extra primas orientes: *orales* exiles. — *Antennæ* articulo tertio quadruplo circiter longiore præcedente: *arista* ad medium usque, et distincte incrassata. — *Palpi* nigri. — *Scutellum* nigricans, grisescens. — *Calintera* alba. — *Abdomen* nigrum paulo cinerascens, lateribus aliquando fusco rufis ad basim; segmentorum limbo postico, et vitta dorsuali nigro-nitidis: segmentis intermediis disco et margini setosis, primo segmento setis duabus marginalibus prædito. — *Pedes* fusco-picei, medio femorum et tibiarum minus obscure-piceo. — *Alarum vena* quinta longitudinalis, a cubito ad apicem subrecta, raro supra cubitum paulo intus flexa.

Fœminæ *frons* satis latior oculis, vitta picea satis lata. — *Antennæ* articulo tertio minus elongato. — *Setarum* frontalium majores in genis descendentes ut in mare, minores subnullæ, cœtera circiter ut in alio sexu.

In collibus et planitie agri parmensis tempore æstivo, non infrequens.

Sp. 2. P. Polleniella *Mihi.* — Long. *Mill.* 5–6 raro etiam minor.

Maris *frons* fere ut oculi lata, vitta nigra opaca, non raro paulo picea. — *Setæ* frontales 3–4 a radice antenna-

rum in genis descendentes; *orales* validiusculæ. — *Antennæ* nigræ, articulo tertio sextuplo circiter longiore præcedente: *arista* ultra medium et distincte incrassata. — *Palpi* apice nigricantes, intus plus minusve picei, vel fusco-rufescentes. — *Scutellum* magis vel minus late rufescens, et grisei pollinosum, basi nigricante. — *Caliptera* sordide vel pallide luteo, albicantes. — *Abdomen* grisei, lutesentis, vel cinerei pollinosum, limbo postico segmentorum, plus vel minus anguste, nigronitido. — *Pedes* nigri. — *Alæ* basi subflavida; spinula costali paulo longiuscula; vena quinta longitudinali a cubito ad apicem subrecta.

Fœmina difert palpis totis luteis, et antennis sæpe articulo secundo plus minusve rufescente, etc.

Frequens in agri parmensis planitie et collibus, a Julio ad Octobrem. — In Pedemontio quoque lecta a Prof. Bellardi.

Nonnulla specimina, una vice obtinui a pupa cujusdam Geometræ.

Sp. 3. P. Grisella *Mihi.* — (Fœm.) Long. *Mill.* 6.

Fœminæ *frons* fere angustior oculis, grisea, vitta atra, opaca. *Setæ frontales* 3 in genis productæ; *orales* gradatim minores ascendendo. — *Antennæ* articulo tertio quadruplo circiter longiore præcedente; *arista* non ad medium usque incrassata. — *Palpi* omnino lutei. — *Scutellum* totum lutescens. — *Caliptera* albida, fusco-lutei limbata. — *Abdomen* griseo-cinerascens, unicolor,

etiam ad marginem segmentorum Macrochetis discoidalibus duabus in segmentis intermediis instructum, marginalibus duabus in segmentis primo et secundo. — *Alæ* ad basim paulo luteæ. — *Pedes* nigricantes, femoribus in medio paulo piceis, tibiis præsertim posticis, in medio fusco-luteis.

'œminam tantum inveni, mense Septembre, in collibus ditionis parmensis.

ʼp. 4. P. Scutellaris *Fall. Mgn. Zett.*

V. Descript. Zetterstedtii: cui adde:

)*culi* manifeste pubescentes, nec distincte pilosi, nec nudi.

Abdominis segmenta intermedia macrochetis discoidalibus destituta; marginalibus duabus validis, in segmentis primo et secundo præditum.

)culorum pubescentia non observata, generi *Baumauheriæ.* Meigenii, Sp. hanc pertinere credit, clar: Zetterstedtius; tamen si oculi nudi essent, melius Gen: Frontinæ eam adscribere debebat.

)mnes auctores fœminam tantum cognoverunt, et ego quoque, fœminas paucas inveni, tempore autumnali, in collibus agri parmensis, numquam masculum.

ʼp. 5. P. Verecunda *Mihi.* — (Fœm.) Long. *Mill.* 8.

ʼœminæ *frons* duplo latior oculis, grisea, vitta lata rufa. — *Oculi* vix puberuli. — *Caput* album rubei paulo nitens. — *Antennæ* articulis primis, et basi tertii rufe-

scentibus; tertio quintuplo circiter longiore præcedente: *arista* æqualiter sed non satis crassa fere usque ad apicem, articulo penultimo vix distinguendo. — *Palpi* testacei. — *Scutellum* rufum, basi anguste nigricante. — *Caliptera* alba. — *Abdomen* griseo-cinerascens, fusco tessellatum distincte, segmentis primo et secundo margini bisetosis, intermediis setis aliquibus majoribus in disco præditis. — *Alæ* vena quinta ad cubitum appendicula brevi, non spuria, prædita. (An. accidentaliter?) — *Pedes* nigri.

Fœminam semel legi in Apennino parmensi, tempore æstivo.

Sp. 6. P. Pumicata *Mgn. Rndn.* (non Macq.) *Zett*

Descriptio P. Pumicatæ Zetterstedtii, convenit fere omnino speciminibus nostris, excepto colore tibiarum fusco-rufo. quod, in pluribus apud nos captis non observatur, inde species scandinava probabiliter diversa a Germanica et Italica, quæ pedes totos nigros præbet.

Macquartii vero P. *Pumicata* certe diversa, non solum *colore* rufescente, sed etiam *ciliis* tibiarum posticarum, ut in sequente specie videbis, cui Macquartianam referendam esse puto.

Variat *scutello* nunc late, nunc anguste vel angustissime rufo et *abdominis* lateribus aliquando paulo rufescentibus in mare.

Frequens in agro parmensi, a Majo ad Septembrem legitur.

D. 7. P. CILIPEDA *Mihi*.

PUMICATA *Macq* (exclus. synon).

V. Descript. P. PUMICATÆ Macq. in Annal. Soc. Entom. Galliæ. ii adde.

rista ad medium usque, sed tenuiter incrassata. — *Abdomen* macrochetis discoidalibus in segmentis intermediis instructum. — *Tibiæ* posticæ extrinsecus, setulis æqualibus ciliatæ, una excepta majori sub-intermedia. — Variat, rufescentia scutelli, nunc magis nunc minus lata.

ulgaris in agro parmensi a Majo ad Septembrem, tam in planitie quam in montuosis.

enus 27 (A) BOTRIA *Rndn.*

CHARACT. GENER.

ristomium sub oculos sat descendens, longior medietate oculorum. — *Facies* valde inclinata. — *Antennæ* in cavo amplissimo faciei locandæ; articulo tertio longissimo. — *Setæ orales* satis crebræ, in seriebus duabus dispositæ, vel inordinatim duplicatæ, supra medium faciei assurgentes, gradatim decrescentes a vibrissis ad apicem. — *Oculi* hirti. — *Scutellum* setulis apicalibus decussatis non instructum. — *Tarsi*, præsertim postici superne ciliati, in mare setulis longiusculis, in fœmina breviusculis. — *Vena* quinta longitudinalis angulatim, non arcuatim

flexa, angulo neque apparenter appendiculato. — *Abdomen* segmento ultimo, macrochetis plurimis hirto, non serie unica setarum ad apicem marginato.

SPECIES ITALICA unica 1. PASCUORUM *Rndn.*

Observat. et Descript.

Sp. 1. B. PASCUORUM *Rndn.* — Long. *Mill.* 11-12.

Maris *frons* paulo latior oculis, grisea, vitta nigro-picea, et grisescente. — *Setæ frontales* 4-5 a radice antennarum in genis descendentes, et oculis inferne approximatæ. — *Antennæ* nigræ, articulis primis brevissimis piceis, tertio decuplo circiter longiore præcedente: *arista* distincte incurvata, ultra medium et satis incrassata; articulo penultimo distincto, non longo. — *Palpi* piceo-subrufescentes. — *Scutellum* rufum vix ima basi nigricante. — *Caliptera* alba. — *Abdomen* nigrum, segmentis longitudine latioribus, ad basim late sub-albicantibus; *macrochetis discoidalibus* nonnullis præditum, in segmentis intermediis; *marginalibus* in segmento primo duabus, in secundo nunc duabus, nunc quatuor. — *Pedes* nigri, tibiis fusco-rufis. — *Alæ* vena quinta, supra cubitum satis incurvata, transversa

exteriore distincte sinuosa. — *Genitalia* maris pilis crebris erectis penicillata.

Fœminæ frons fere duplo latior oculis. — *Antennæ* articulis primis rufescentibus. — *Abdomen* magis albidum.

Non frequens in collibus subapenninis agri parmensis, primo vere.

Genus 27 (B) CAMPYLOCHETA *Mihi.*

Phorocera *Mgn Rndn.*

Tachina *Mgn.*

Charact. Gener.

A. *Phoroceris*, vel a generibus proximis sic distinctum.

Peristomio sub oculos sat producto, longiore medietate oculorum. — *Facie* distincte inclinata, in medio valde excavata. — *Arista* articulo penultimo brevissimo, ultimo manifeste incurvo. — *Setis* oralibus, in serie unica, quamvis crebre, in genis assurgentibus. — *Scutello* setulis apicalibus destituto; sub-apicalibus duabus ordinariis decussatis. — *Vena* quinta longitudinali angulatim flexa. — *Abdominis* segmento ultimo, seriebus saltem duabus setarum postice instructo. — *Tarsis* omnibus forma ordinaria. — *Genitale* maris, appendicibus satis productis et validis, sub ventre flexis, instructo. — Cætera ut in Phoroceris.

Observat. et Synon.

Sp 1. C. Schistacea *Mgn.*

V. Descript. ejusdem auct. cui adde

Maris *frons* latitudine circiter oculorum. — *Genæ*, sub setas frontales, pilosulæ vel setulosæ. — *Setæ orales* varie elongate, et satis crebre, usque ad aristam assurgentes. — *Scutellum* griseum. — *Abdominis* segmenta intermedia setis discoidalibus duabus prædita; primum setis marginalibus destitutum; secundum duabus tantum instructum. — *Vena* transversa exterior, parum extra medium sita, distantiæ interioris, a cubito quintæ longitudinalis.

Fœminæ *frons* latior. — *Setulæ* genarum, sub frontales, majores et magis numerosæ. — *Vena* transversa exterior magis distans ab interiori etc.

Rara in collibus ditionis parmensis, primo vere.

(Nota) In *Tachinæ* Albicantis Synonimis a Zetterstedtio allatis, tolle hanc Tac: Schistaceam Meigenii, quæ, ut videtur longe distat a Falleniana.

Genus. 27. (C) ISTOCHETA *Mihi*.

Charact. Gener.

A. *Phoroceris* vel generibus proximis, præcipue notæ sequentes genus hoc sejungunt.

Peristomium inferne sat productum, longius medietate oculorum. — *Facies* satis inclinata. — *Setæ orales* in serie unica dispositæ, ultra medium faciei valde assurgentes. — *Arista* recta, crassiuscula, articulo penultimo elongato. — *Scutellum* setulis duabus apicalibus, non decussatis, instructum. — *Vena* quinta longitudinalis, angulo rotundato flexa. — *Abdomen* apice setis plurimis instructo, non serie unica macrochetarum marginato.

Cætera ut in G. Phorocera.

Species Italica unica 1. Frontosa *Mihi*.

Observ. et Descript:

Sp. 1. I. Frontosa *Mihi*. — (Fœm.) Long. *Mill.* 8.

Frons satis latior oculis, grisea, vitta intermedia ampla, nigro-opaca. — *Antennæ* latæ, articulo tertio longis-

simo, decuplo fere longiore præcedente; *arista* recta, crassiuscula usque ad apicem, paulo brevior antenna. — *Setæ orales* in genis ascendentes, non crassæ nec rigidæ. — *Palpi* rufescente-picei. — *Scutellum* griseo-cinerascens. — *Caliptera* alba. — *Abdomen* griseum, nigricante-tessellatum; *setis marginalibus* duabus, ad segmenta primum et secundum; et *discoidalibus* pariter duabus in dorso segmentorum intermediorum. — *Pedes* nigri.

Fœminas tantum speciei rarissimo lectas in collibus sub-apenninis observavi.

Genus 28. CHETOGENA *Rndn.* (*)

(*) (Nota) Ab hoc genere sejungenda, illud Doriæ Meigenii, et aliud pro nova specie institutum, quæ sic distincta erunt.

a. *Aristæ* articulus penultimus satis elongatus

Gen. 28. (A) Doria *Mgn.*

aa. *Aristæ* articulus penultimus brevis vel brevissimus.

b. *Venæ longitudinales* quarta et quinta sejunctim costalem attingentes. — *Anus* marium non penicillatus.

Gen. 28. (B) Chetogena *Rndn.*

bb. *Venæ longitudinales* quarta et quinta in costali normaliter conjunctæ. — *Anus* marium appendicibus duabus erectis et penicillatis instructus.

Gen. 28. (C) Spoggosia *Mihi.*

Genus 28. (A) DORIA *Mgn.* (non Macq) Phorocera *Rndn.*

Charact. Gener.

Oculi pilosi distincte. — *Series orales setarum*, in genis distincte supra medium faciei assurgentes. — *Peristomium* sub oculos parum productum. — *Antennæ* articulo tertio satis elongato. — *Aristæ* articulus penultimus manifeste longus. — *Alæ* spinula costali sub-indistincta: venis longitudinalibus quarta et quinta in costali sejunctis; quinta angulatim cubitata, cubito appendice spuria prædito; quarta (in nostra Sp.) a radice usque ad transversam anteriorem setulosa. — *Abdominis* segmenta intermedia setis discoidalibus instructa. — *Anus* marium non penicillatus.

Species Italica unica 1. Nigripalpis *Mihi*.

Observat. et Descript.

Sp. 1. D. Nigripalpis *Mihi*. — Long. *Mill.* 6-7.

Facies albicans. — *Frons* flavescens, vitta atra velutina, maris angusta. — *Antennæ* nigræ, longæ, articulo tertio circiter quintuplo longiore secundo. — *Arista* exili, breviter et tenuiter ad basim incrassata. — *Palpi* nigri. — *Scutellum* nigrum paulo grisescens. — *Caliptera* præsertim squamis inferis sordide albicantibus. — *Abdominis* segmenta tria posteriora ad basim cinerei fasciata, postice nigro-nitida. — *Setæ* marginales duæ in segmentis primis, et discoidalibus nonnullis in dorso segmentorum intermediorum. — *Alæ* leviter fuscescentes, basi et costa paulo fuscioribus; vena quinta longitudinali supra cubitum intus flexa; transversa exteriore recta. — *Pedes* nigri.

Non frequens a Majo ad Septembrem in collibus et planitie agri parmensis.

Genus 28. (b) **CHETOGENA** *Rndn.*
Phorocera *Desv. Mgn. Macq.*
Tachina *Fall. Mgn. Zett. Walk.*
Metopia p. **Lidella** p. *Macq.* —
Musca *Lin.*

CHARACT. GENER.

Oculi hirti, aut saltem manifeste ad lentem pubescentes. — *Series orales* setarum, ultra medium faciei plus minusve et saltem usque ad frontales vel ultra assurgentes. — *Arista* articulo penultimo satis breve vel brevissimo. — *Peristomium* sub oculos parum productum, aut saltem brevior medietate oculorum. — *Alarum* vena quinta longitudinalis angulatim flexa, angulo appendice spuria, plus minusve distincta prædito. — Quarta et quinta sejunctim costali productæ. — Anus marium non penicillatus.

SPECIES ITALICÆ.

A. *Abdomen* dorso pilis exilibus sed longis hirtum, setis discoidalibus duabus tantum distinctioribus in dorso segmentorum intermediorum, et validis circiter u. marginales.

B. *Scutellum* nigrum, vix aliquando summo apice obscure rufescente. — Longitudo. mill, 6-7.

Sp. 1. Assimilis *Fall.*

BB. *Scutellum* rufum, basi nigricante. — Longit. Mill. 12-13.

Sp. 2 Grandis *Mihi.*

AA. *Abdomen* dorso setulis, non pilis hirtum. — *Setæ* discoidales si adsunt distinctiores, tunc satis minores marginalibus.

C. *Macrochetæ* distinctiores adsunt plures in disco segmentorum intermediorum.

D. *Palpi* crassiusculi, et epistomium paulo superantes. — *Vena* prima longitudinalis, in costali magis distans a secunda, quam tertia a quarta.

Sp. 3. Gramma *Mgn.*

DD. *Palpi* exiles et breves, epistomium non superantes. — *Venæ* longitudinalis primæ distantia a secunda, subæqualis distantia tertiæ a quarta.

Sp. 4. Filipalpis *Mihi.*

CC. *Macrochetæ* discoidales segmentorum intermediorum, vel nullæ vel aliquæ tantum et vix distinctiores.

E. *Vena transversa* exterior, fere æquidistans ab interiori, et a cubito quintæ longitudinalis.

Sp. 5. Acuminata *Mihi.*

EE. *Vena* transversa exterior, saltem duplo distans ab interiori, quam a cubito quintæ longitudinalis.

F. *Series frontales* setarum, ultra radicem aristæ non manifeste descendentes.

Sp. 6. Media *Mihi*.

FF. *Series frontales* setarum ultra radicem aristæ manifeste descendentes.

Sp. 7. Segregata *Mihi*.

Observat. et Synon.

Sp. 1. C. Assimilis *Fall.* (var) — *Mgn.* (var. major) *Zett.* (var. b.) *Walk.* (non Macq.)

Cæsifrons *Macq.* (Ann. Soc. Ent Gall.).

Sp. Assimilis auctorum, duabus varietatibus instructa est, quarum una semper satis et duplo circiter major, et ab alia diversa etiam colore scutelli late rufo; dum in minore scutellum fere semper nigrum observatur, rarissimo in aliquo specimine, extrinsecus anguste et obscure subrufescens: quæ differentiæ constantes, non varietates sed species distinctas denotant.

Ideo antiquum nomen servando individuis frequentioribus statura minori et scutello fere semper nigro distinctis, *Grandem* apello, speciem pro majoribus exemplaribus instructam, scutellum semper late rufum præbentibus.

Assimili sic distinctæ pertinet Ph: *Cæsifrons* Macq. ut cognovi examine exemplaris ab auctore communicati.

Non infrequens in agro parmensi, tempore verno et æstivo.

Nonnulla specimina *assimilis*, etiam copulata e Dania misi Clar: Stæger, quæ in omnibus sunt nostratibus similia

---

Sp. 2. C. Grandis *Mihi.*

Assimilis *Fall.* (Var.) — *Mgn.* (Var. Major) — *Zett* (Var. A.) *Macq. non Walk.*

Agilis? *Desv. Macq.*

Sp. Agilis dubia, quia in opere Macquartii *Suite a B.* Phorocera ista in sectione D, locum habet, quæ species continet abdomine in medio nudo: et hoc non conveni Sp. Grandi nostræ.

Unicum masculum observavi a Clar. Spinola mihi transmissum, forte in Liguria vel in Pedemontio captum.

Sp. 3. C. Gramma *Mgn. Rndn. Macq?*

V. Descript. Meigenii.

Synonimia Macquartii dubia, quia in maribus ab eodem descriptis, venulam transversariam exteriorem sinuosam et abdominem lateribus tantum segmenti secundi rufescentibus observavit, dum in omnibus collectionis nostræ, venulam transversam ipsam semper rectam, et segmenta secundum et tertium abdominis ad latera rufescentia vidi: quod in diagnosi meigenianæ indicatur « lateribus testaceis. » (1).

---

(1) Præterea exemplaria majora nostra longa sunt Mill. 9, non 12 ut illa Macquarti. — Quod etiam denotat Grammæ Meigenii differentiam ab illa Macquartii et cum nostra convenientiam.

Palpi hujus speciei ferruginei a Meigenio, rufi a Macquartio dicuntur, sed color iste in parte exteriori tantum adest, intus vero nigricantes sunt.

Fœminæ aucteribus ignotæ, abdominem non rufescentum ad latera, et basim trium segmentorum late griseam nigro-tessellatam præbent.

Frequens in agro parmensi a majo ad septembrem, tam in planitie quam in montuosis: Fœmina minus frequens.

Sp. 4. C. Filipalpis *Mihi*. — Long. Mas. *Mill*. 3-7. — Fœm. *fere* 5.

Exemplaria hujus speciei sic variant, ut speciebus diversis pertinere aliquis crederet, nisi in speciminum plurium observatione characterum instabilitatem cognosceret.

Variat magnitudine; colore *scutelli* nunc late nunc anguste, nunc haud rufescente; *Abdomine* nunc segmentis duobus, nunc unico, nunc nullo rufomaculato: *venula transversa* exteriore aliquando sinuosa, aliquando subrecta, et nunc magis nunc minus ab interiore distante etc.

Inde species istis characteribus variis neglectis sic distinguenda.

Palpi flavidi, exilissimi, breves, usque ad oris marginem non porrecti.

Caput albicans, *genis* sub-oculos nigricantibus.

Antennæ maris conjunctione secundi articuli cum tertio anguste rufescente, in fœmina plus minusve distincte rufo.

Abdomen late grisei fasciatum; maris, in dorso segmentorum

intermediorum setis discoidalibus pluribus; in fœmina paucis, instructum: parte apicali, in fœminis attenuata — *Alarum* venula transversa exterior satis obliqua, et manifeste magis distans ab interiori, quam a cubito quintæ longitudinalis. — Distantia venarum primæ et secundæ longitudinalium in costali, distantiam subæquans tertiæ a quarta. — *Caliptera* alba. — *Pedes* nigri.

Mas frequenter, fœmina rarius legitur, a Martio ad Augustum, in planitie et collibus agri parmensis.

Sp. 5. C. Acuminata *Mihi.* — Long. *Mill.* 4-6.

Caput albicans, etiam in genis sub-oculos; *vitta frontali* plus minusve rufescente. — *Antennarum* articuli 2 primi, in mare, paulo rufescentes, in fœmina rufi ut basis tertii. — *Palpi* flavi, non exilissimi, in fœmina crassiusculi; in utroque sexu ad marginem exteriorem epistomii porrecti. — *Scutellum* magis vel minus late extrinsecus rufescens. — *Alarum* vena transversa exterior nisi magis proxima interiori, circiter ab eadem distans ut a cubito quintæ longitudinalis. — *Spinula costalis* non valida sed distincta. — *Vena prima* longitudinalis magis distans a secunda in costali, quam tertia a quarta. — *Abdomen* late grisei fasciatum, lateribus non rufescentibus in utroque sexu, et setis discoidalibus destitutum in primis tribus segmentis; fœminæ in parte apicali, satis attenuatum sub-acuminatum. — *Caliptera* alba. — *Pedes* nigri.

Non rara in agro parmensi, etiam apennino, tempore æstivo et autumnali.

Sp. 6. C. Media *Mihi*. — Long. *Mill.* 8.

Habitus et statura *Spec. Grammæ*, tamen satis distincta.

1. *Abdomine* in segmentis intermediis setis discoidalibus distinctioribus destituto.
2. *Palpis* fere totis flavescentibus, non extrinsecus tantum rufis.
3. *Antennis* articulo secundo paulo fusco-rufo.
4. *Abdomine* latius griseo-cinerascente.

Alii characteres qui ab illis vel istis congenerum speciem hanc sejungunt, sunt.

Palpi non exilissimi et margini epistomii porrecti.

Scutellum late rufescens. — *Abdomen* setis marginalibus segmenti secundi quatuor, exterioribus minoribus: maris ad latera rufescens, fœminæ ad apicem non distincte attenuatum. — *Vena transversa* exterior non distincte obliqua, et satis distans ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis: distantia in costali primæ et secundæ longitudinalium subæqualis distantia tertiæ a quarta. — *Pedes* nigri.

Non frequens in collibus agri parmensis tempore æstivo.

Sp. 7. C. Segregata *Mihi*. — Long. *Mill.* 9-12.

Similis C. *Mediæ*, sed ab eadem et affinibus diversa, præsertim seriebus setarum frontalium, in genis mani-

feste descendentibus ultra radicem aristæ, quo charactere, ab *Elongata* Macquartii sat distincta.

Præterea ab illis vel istis congenerum difert.

Arista tenuiter sed circiter ad medium incrassata. — *Palpis* fusco-rufis.

Antennis articulo tertio duplo, et ultra, longiore secundo.

Abdomine in dorso segmentorum intermediorum setis discoidalibus nullis vallidiusculis. — *Scutello* extrinsecus rufescente.

Venis alarum longitudinalibus prima et secunda, in costali distantibus, circiter ut tertia a quarta.

Spinula costali non valida sed distincta.

Abdomine in fœminis, segmento ultimo toto breviter setoso

Frequens in toto agro parmensi ab augusto ad octobrem; Exemplar speciei ab insula Melita D. Schembri, et aliud siculum misit Clar. Spinola.

Genus 28. (C) SPOGGOSIA *Mihi.*

CHARACT. GENER.

Oculi hirti. — *Aristæ* articulus penultimus brevis. — *Series orales* setarum satis ultra medium faciei ascendentes: frontales circiter ad radicem aristæ, seu parum ultra productæ.

Alarum spinula costalis sat distincta; *venæ longitudinales* quarta et quinta normaliter in costali conjunctæ; quinta angulatim flexa, cubito appendice spuria prædito.

Anus marium, appendicibus. erectis et penicillatis instructus.

SPECIES ITALICA unica 1. OCCLUSA *Mihi*

Observat: et Descript.

Sp. 1. S. OCCLUSA *Mihi.* — Long. *Mill.* 8-10.

Frons grisescens, vitta nigricante opaca vel picea. — *Series frontales* setarum parum sub radicem aristæ versus oculos incurvatæ. — *Antennæ* nigræ, articulo tertio triplo circiter longiore præcedente: *arista* ad medium usque incrassata, articulo penultimo brevi sed distincto. — *Palpi* extrinsecus testacei. — *Scutellum* late rufescens. — *Abdomen* segmentis tribus ultimis ad basim late griseo-cinerascentibus, fusco-tessellatis; lateribus, in mare, magis vel minus manifeste rufescentibus; macrochetis discoidalibus nonnullis in dorso segmentorum intermediorum. — *Alarum* vena transversa exterior subrecta, et duplo circiter distans ab interiori, quam a cubito quintæ longitudinalis; ista supra cubitum incurvata. — *Caliptera* alba. — *Pedes* nigri.

Variat venis quarta et quinta in costali subcontiguis, non conjunctis.

Rara a Martio ad Majum in collibus agri parmensis. Duo specimina masculum et fœmineum etiam ab insula Melita accepi a D. Schembri.

Genus 29. THRICOLYGA *Rndn.*

CHARACT. GENER.

Oculi hirti. — *Series* orales setarum breves, seu plus minusve distantes a medio faciei. — *Frontales* satis ultra radicem aristæ descendentes. — *Antennarum* articulus secundus vix in mare duplo brevior tertio, in fœmina sæpe paulo longior. — *Vena quinta* longitudinalis sejunctim a quarta costalem attingens, angulatim flexa, et cubito apparenter sed manifeste appendiculato. — *Abdomen* segmento ultimo late setoso, apice in maribus non penicillato.

Cætera ut in G. Chetogena et affinibus, a quibus præcipue difert seriebus setarum oralium a medio faciei distantibus, non usque ad frontales assurgentes. — A Tachinis distinctum, oculis hirtis.

Species Italicæ

A. *Abdomen* setis validioribus destitutum, in disco segmentorum intermediorum.

B. *Scutellum* apice rufescente. — *Oculi* pilosi.

Sp. 1. Major *Mihi.*

BB. *Scutellum* totum nigricans. — *Oculi* tomentosi.

Sp. 2. Minor *Mihi.*

AA. *Abdomen* segmentis intermediis setis aliquibus validiusculis discoidalibus.

Sp. 3. Nova *Mihi.*

Observat. et Descript:

Sp. 1. T. Major *Mihi.* — Longit. *Mill.* 10-12 (Mas.) 8. (Fœm.)

Oculi pilis longiusculis hirti in mare, brevissimis in fœmina — *Frons,* et *Genæ* in parte supera subflavidæ; facie et genis inferne albidis: vitta frontali nigra, vel fusco-picea. — *Series* setarum frontales et orales ad apicem paulo distantes. — *Palpi* rufi. — *Antennæ* nigræ — *Arista* ad medium circiter et non satis incrassata. — *Scutellum* rufescens, basi nigricante et grisei adspersum. — *Abdomen* cinerascens, nigri tessellatum, et limbo postico segmentorum, non late nigro-nitido, lateribus parum manifeste subrufis: setis discoidali-

bus nullis distinctioribus in dorso segmentorum intermediorum; marginalibus in segmentis primo et secundo duabus. — *Alæ* spinula costali sub-indistincta; — *Vena* transversa exteriori plus minusve sinuosa, triplo circiter distante ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis. — *Caliptera* alba. — *Pedes nigri.*

Mares non frequenter legi in collibus ditionis parmensis, a Majo ad Octobrem: fœminam unicam vidi a D. De-Bertolini missam, montium agri *Tridentini* incolam.

Sp. 2. T. Minor *Mihi.* — Longit. Fœm. *Mill.* 6.

Fœm. Atra nitida, capite sub-albido vitta frontali atra. — *Palpi* lutei saltem extrinsecus. — *Antennæ* totæ nigræ, articulo secundo longiore medietate tertii: *arista* ad medium usque et distincte incrassata. — *Thorax* dorso grisescente et vittis quatuor nigris. — *Scutellum* ut basis segmentorum abdominis griseo-albicans; *Macrochetæ* nullæ distinctiores in disco segmentorum intermediorum. — *Marginales* segmenti primi duæ, segmenti secundi quatuor. — *Squamæ* pallide flavescentes. — *Pedes* nigri. — *Oculi* pubescentes non pilis hirti. — *Setæ orales* fere, sed non usque ad frontales ascendentes.

Rarissimo fœminam legi mense majo in planitie parmensi.

Sp. 3. T. Nova *Mihi.* — Long. Mas. *Mill.* 6-8: Fœm. 4-7.

Caput albicans, vel albido-plumbeum, vitta frontali atra. — *Oculi* pilis hirti. — *Antennæ* articulo secundo longiore plus vel minus medietate tertii; in mare parum et non semper, in fœmina plus vel minus distincte rufescente. — *Setæ frontales* non ad *orales* productæ; istæ a medio faciei distantes. — *Palpi* rufi. — *Arista* ad medium circiter incrassata, articulo penultimo brevissimo. — *Scutellum* nigrum grisei adspersum, non raro limbo anguste et parum manifeste fusco-rufo. — *Abdomen* cinerascens tessellis nigricantibus; limbo postico segmentorum late nigro-nitido; lateribus vix, et non semper, in mare rufescentibus: in dorso segmentorum intermediorum setis validiusculis nonnullis discoidalibus præditum. — *Alæ* spinula costali non valida sed distincta; vena transversa exteriore subrecta, duplo et ultra distante ab interiori, quam a cubito quintæ longitudinalis; ista supra cubitum non, aut vix incurvata. — *Pedes* nigri.

Non infrequens tempore æstivo, in planitie et collibus agri parmensis.

Genus 30 CYRTOPHLŒBA *Rndn.*

Plagia *Mgn.* p. (non Macq.) (1).

Tachina *Fall. Mgn. Macq. Zett. Walk.*

(1) Species Macquartii oculis nudis, generi isto non pertinent.

CHARACT. GENER.

Oculi pilosi. — *Antennarum* articuli secundus et tertius longitudine parum diversa. — *Series* frontales setarum fere usque ad epistomium in genis descendentes: orales satis breves. — *Frons* in utroque sexu sub-æqualiter lata et setosa. — *Alarum* vena longitudinalis quinta angulatim cubitata, cubito appendice spuria prædito. — Venula transversa exteriori satis obliqua, postice oriens circiter contra transversam interiorem, antice fere æquidistans ab eadem et a cubito quintæ longitudinalis. — Quarta longitudinalis setulosa ab origine usque ad transversam anteriorem. — Spinula costalis subnulla.

SECPIES ITALICÆ

A. *Palpi* rufo-testacei. — *Antennæ* articulo secundo plus minusve rufescente.

Sp. 1. RUBICOLA *Mgn.*

AA. *Palpi,* et articulus secundus *antennarum,* nigri vel nigricantes.

Sp. 2. NIGRIPALPIS *Mihi.*

Observ. et Synon.

Sp. 1. C. RUBICOLA *Mgn. Macq. Rndn. Zett? Walk?*

Speciem hanc, colore palporum rufo, Meigenianæ adscriben-

dam esse puto, et *Ruricolam* Zetterstedtii potius sequenti pertinere, cujus palpi vel picei vel nigricantes.

Ruricola nostra, diversa quoque apparet a *Nigripalpi*, colore secundi articuli antennarum plus minusve rufescente, præsertim in fœminis, dum in altera Sp: semper antennæ totæ nigræ observantur, ad basim aliquando paulo griseæ.

Cætera vero ut in descriptione Zetterstedtii.

Non vulgaris in agro parmensi, eam legi in planitie a primo vere usque ad mensem augusti. — In Pedemontio etiam inventa ab Equite Truqui.

Sp. 2. C. Nigripalpis *Mihi.*
Ruricola *Zett.*

V. Descript. hujus Auct. optimam.

Sp. satis proxima præcedenti, et distincta tantum palpis nigricantibus, apice aliquando piceo, sed non distincte rufo; nec non articulo secundo antennarum semper nigricante plus minusve grisei adsperso, numquam rufescente.

Statura quoque sæpius minore, et corporis colore magis obscuro diferre mihi videtur.

Vulgaris in planitie et collibus ditionis parmensis, ab aprile ad julium.

Genus 31. BLEPHARIGENA *Rndn.*

Plagia *Mgn. Macq.*

Tachina *Falll. Mgn. Macq. Zett.*

Charact. Gener.

Oculi nudi. — *Frons* in utroque sexu subæque lata et setosa. — *Series frontales* in genis descendentes ultra medium antennarum; *orales* vix adsunt. — *Antennæ* articulo secundo distincte, sed non duplo, breviore tertio. — *Alarum* vena quinta longitudinalis angulatim flexa, cubito appendice spuria prædito: vena transversa exterior satis obliqua et postice oriens parum extra transversam interiorem, antice fere æquidistans ab eadem et a cubito quintæ longitudinalis: quarta setulosa a basi usque et ultra apicem secundæ longitudinalis. — *Spinula* costalis distincta. — *Macrochetæ* discoidales aliquæ in dorso segmentorum intermediorum. — *Unci* et *pulvilli* tarsorum etiam in mare parvi.

Species Italicæ

A. *Setæ frontales* setarum fere usque ad basim oculorum descendentes. — *Spinula costalis* longa et valida.

Sp. 1. Marginata *Mgn.*

AA. *Series frontales* setarum longe a basi oculorum sistentes. — *Spinula* costalis distincta sed parva.

Sp. 2. Trepida *Mgn.*

Observ. et Synon.

Sp. 1. B. Marginata *Mgn. Macq. Zett.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

in qua corrige « *Cubitus venæ quintæ longitudinalis, infra angulum non continuatus.* » et lege. — Cubitus etc. minus apparenter appendiculatus.

In diagnosi Macquartii (Annal. Societ. Entom. Galliæ. 1848) fœmina speciei ignota dicitur, sed jam 1844, cum masculo eam describebat Zetterstedtius.

Rara in agro parmensi primo vere, et tempore æstivo incipiente.

Sp. 2. B. Trepida *Mgn. Zett. Rndn.*

Succincta? *Zett.*

V. Descriptiones *Trepidæ* et *Succinctæ* Zetterstedtii, quæ facilius varietates sunt unicæ speciei

Rarissimo primovere legitur in planitie agri parmensis.

Genus 32. PLAGIA *Mgn. Macq. Rndn.*
TACHINA *Mgn. Zett.*

CHARACT. GENER.

Oculi nudi. — *Antennarum* articulus secundus tertio parum brevior, vel sub-æque longus. — *Frons* in utroque sexu fere æqualiter lata et setosa. — *Series frontales* setarum parum ultra radicem aristæ in genis descendentes. — *Orales* breves sed distinctæ. — *Alarum* spinula costalis subnulla; vena quinta longitudinalis angulatim flexa, angulo appendice spuria prædito: secunda et quarta late setulosæ: transversa exteriore satis obliqua, antice extra medium ab interiori ad cubitum quintæ longitudinalis inserta. — *Abdomen* setis discoidalibus validioribus destitutum in segmentis intermediis.

SPECIES ITALICA unica 1. RURALIS *Fall*

Observ. et Synon.

Sp. 1. P. RURALIS *Fall. Zett.*
VERTICALIS *Mgn. Macq. Rndn.*
TRANSVERSA? *Bremi Macq.*

V. Descript. Zetterstedtii, optimam.

Speciem *Transversam* Bremii, palpis rufis, non apice tantum rufo; et vena transversa exteriori sub æque distante ab interiori et a cubito quintæ longitudinalis, varietatem esse *Ruralis* credo, nam in pluribus exemplaribus a me observatis color rufus apicalis palporum nunc magis, nunc minus latus: et distantia venulæ exterioris ab interiori variat.

Vulgaris in agro parmensi ab aprile ad Septembrem, tam in planitie quam in montuosis.

Genus 33. TACHINA *Fabr. Fall. Latr. Mgn. Desv. Macq. Zett. Rndn. Walk.*

MUSCA *Lin. Scop. Rossi.*

OODIGASTER *Macq.* — OCYPTERA *Contar.*

CHARACT. GENER.

Oculi nudi. — *Frons* in mare biseriatim setosa, in fœmina quadriseriatim. — *Series* una *setarum frontalium* ad unumquodque latus in genis descendens plus vel minus sed manifeste ultra apicem articuli secundi antennarum: *orales* non ad medium faciei assurgentes. — *Antennarum* articulus tertius sæpius bilongior secundo vel minus, numquam trilongior. — *Alarum* vena quinta longitudinalis angulatim cubitata, cubito appendice

vel tota spuria, vel fere tota prædito: transversa exterior parum obliqua et postice oriens longe ab interiori, et antice satis proxima cubito quintæ longitudinalis.

Species Italicæ.

A. *Scutellum* plus minusve rufescens.

B. *Appendix* cubitalis venæ quintæ extrinsecus tantum spuria, non ad basim.

Sp. 1. Chrysalidarum *Mihi.*

BB. *Appendix* cubitalis venæ quintæ tota spuria.

C. *Antennarum* articulus secundus parum longior tertio. — *Setæ frontales* sat ultra medium faciei descendentes.

Sp. 2. Brucorum *Mihi.*

CC. *Antennarum* articulus secundus duplo circiter brevior tertio. — *Setæ frontales* vel non, vel ad medium tantum faciei descendentes.

d. *Abdominis* fasciæ nigræ marginales in segmentis intermediis non interruptæ.

Peristomium retro macrochetas orales setulosum.

Sp. 3. Larvarum *Lin.*

dd. *Abdominis* fasciæ nigræ segmentorum intermediorum in medio interruptæ.

Peristomium retro macrochetas orales subnudum.

Sp. 4. Civilis *Mihi.*

AA. *Scutellum* nigricans vel grisescens.

D. *Abdominis* segmentum secundum macrochetis marginalibus in dorso, quatuor, instructum.

E. *Abdominis* segmenta intermedia, macrochetis aliquibus discoidalibus distinctis.

Sp. 5. Rustica *Fall.*

EE. *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis discoidalibus distinctioribus destituta.

Sp. 6. Erucarum *Mihi.*

DD. *Abdominis* segmentum secundum, macrochetis marginalibus duabus tantum distinctis et erectis.

F. *Arista* articulo penultimo elongato, quadruplo circiter crassitie longiore. — Maris *Abdomen* lateribus haud rufo tinctis.

Sp. 7. Glossatorum *Mihi.*

FF. *Arista* articulo penultimo parum crassitie longiore. — *Abdomen* maris lateribus rufo-tinctis.

Sp. 8. Nympharum *Mihi.* (1).

---

(1) Sono pochissime le specie italiane riunite nel genere *Tachina*, mentre lo vediamo composto di circa settanta specie nell' ultimo lavoro del Meigen. e di circa altrettante in quello del Macquart, considerando riuniti i generi *Tachinæ* ed *Oodigaster*, non potendo quest' ultimo essere accettato.

Observat. et Synon.

Sp. 1. T. Chrysalidarum *Mihi.* — Long. *Mill.* 6-7 (Fœm.)

Similis videtur *Oodigastribus Rubriscutellato,* et *Pallidipalpi* Mac. sed ab utroque distiucta.

Antennis articulo tertio parum, non duplo longiore præcedente. — *Arista* ultra medium incrassata; et allis notis magni momenti in diagnosibus Cl. auctoris non indicatis, quales sunt.

Ma questa grande differenza nel numero delle specie provviene in parte, dall' essere diverse tachine degli autori, collocate in altri generi, secondo il metodo di ordinamento da me proposto; ed in parte perchè il Meigen ed il Macquart, han ritenute come specifici caratteri alcune differenze individuali, alle quali non si poteva accordare un gran valore, per la ragione che non sono costanti; e molto più spesso il Macquart, è caduto in questo difetto, forse perchè ha sentito di più l' influenza del Robineau; e questa mia opinione che per diverse specie è fondata solamente sullo studio delle sue descrizioni, è cosa certa per altre, delle quali posseggo esemplari spediti dallo stesso autore, col nome scritto di suo pugno; le quali sicuramente non sono altro che varietà di alcune delle specie tipiche di altri entomologi. — Dissi sicuramente; perchè ho osservato alcune volte sortire da una stessa larva di Lepidottero, e nello stesso tempo, degl' esemplari di Tachine, diversi per caratteri che il Macquart ha considerato come specifici; e perciò non posso adottare le sue distinzioni ma sono costretto, in questa parte almeno della Ditterologia, a retrocedere fino al Fallen, se non fino al Linneo, nel che si accordiamo collo Zetterstedt.

Antennarum articulus secundus margine exteriori et apice rufescentibus. = *Setæ orales* non usque ad frontales ductæ, istæ parum ultra radicem aristæ descendentes. — *Abdomen* segmentis duobus basalibus, macrochetis duabus tantum ad marginem posticum præditis; discoidalibus destitutum etiam in segmento tertio. — *Alarum* spinula costali distincta. Vena longitudinalis quinta, ad cubitum, appendicem præbens ad basim late non spuriam: venula transversa exterior recta. — *Pedes* nigri, geniculis et summo apice tibiarum, punto angustissimo rufo notatis.

A. T. *Vidua* Meig. difert, *antennis* articulo tertio sat longiore, et articulo secundo partim rufescente etc.

Raro fœminas legi tempore æstivo in planitie agri parmensis — Mas ignotus.

Sp. 2. T. Brucorum *Mihi*. — Longit. *Mill*. 8. (Fœm.)

Distincta a præcedente: *Appendice* cubitali venæ quintæ tota spuria. — *Abdomine* macrochetis aliquibus sat validis prædito in disco segmentorum intermediorum; et setis frontalibus satis sub aristam descendentibus ab istis vero, vel ab illis diversa. — *Scutello* apice plus minusve rufescente. — *Arista* ultra medium incrassata, articulo penultimo brevissimo. — *Setis oralibus* paucis et parum ascendentibus. — *Antennis* articulo secundo, sat longiore medietate tertii, imo parum breviore tertio. — *Palpis* testaceis. — *Fronte* grisescente, vitta nigra. — *Abdomine* griseo-cinerascente,

tessellis nigricantibus, et margine postico segmentorum nigro-nitido, non interrupto in dorso intermediorum: setis marginalibus in segmento secundo quatuor. — *Squamis* albis. — *Pedibus* nigris.

Fœminam tantum observavi, in collectione Mussino Januensi, vel in Liguria vel in Pedemontio captam, et in nostra collectione nunc asservatam.

Sp. 3. T. Larvarum *Lin. Scop. Rossi. Fabr. Mgn. Cont. Rndn.*

Fasciata *Fall. Zett.* (non Mgn.)

Præpotens *Mgn. Macq.*

Flavescens *Fall. Mgn. Zett.* (esclus. Syn. Macq.) (1).

V. Descript. Zetterstedtii, *Fasciatæ* et *Flavescentis.*

Longitudo variat a Mill. 9. ad 14.

Antennarum articulus tertius longitudine dupla vel fere tripla secundi: isto aliquando ad apicem paulo rufescente. — *Arista* ad medium circiter incrassata, articulo penultimo brevi sed distincto. — *Setæ* orales ad medium vel fere ad medium faciei assurgentes: frontales circiter usque ad orales ductæ, non distincte sub medium faciei descendentes. — *Peristomium*

---

(1) M. Larvarum Linnei scutellum apice rufescentem præbet inde species auctorum scutello toto nigro diversæ, non ad larvarum typicam adscribendæ.

retro setas orales aliis setis exilibus sed longiusculis nigris, et distinctis præditum, — *Frons* vel grisea, vel lutescens, vel flavescens, vitta nigra vel picea. — *Scutellum* magis aut minus late extrinsecus rufescens. — *Abdomen* griseo-cinereo, vel griseo-lutescente fasciatum, margine postico segmentorum et vitta dorsuali nigro-nitidis; margine nigro nitido in segmentis intermediis non interrupto: lateribus in mare sæpe rufescentibus: segmentis duobus basalibus ad marginem posticum macrochetis duabus tantum, raro quatuor instructis; segmenta intermedia macrochetis discoidalibus destituta, rarissimo aliqua sat parva manifesta prope marginales: — *Alarum* vena quinta longitudinalis cubito appendice prædito tota spuria, et supra cubitum plus minusve incurvata: transversa exterior parum sinuosa et satis distans ab interiori. *Pedes* nigri.

Non infrequens in agro parmensi, tam in planitie quam in montuosis ab aprile ad octobrem. — Fœmina rarior.

Sp. 4. T. CIVILIS *Mihi*. Mas. Longit. *Mill.* 8-9. — Fœm. *circiter* 7.

Maris; *Caput* albicans, paulo rufo-nitens; fronte griseo-lutescente, vitta picea. — *Palpi* testacei. — *Antennæ* nigricantes, articulo secundo extrinsecus et apice rufescente, et duplo circiter breviore tertio: *arista* ad medium circiter incrassata. — *Series* orales setarum a *frontalibus* distantes. illæ et istæ ad medium faciei

non productæ. — *Peristomium* retro macrochetas orales pubescens, sed setulis nigris destitutum. — *Scutellum* magis vel minus late rufum. — *Abdomen* postice satis attenuatum, griseum, limbo postico segmentorum nigro nitido, in dorso intermediorum in maculas laterales divisa. — *Setæ discoidales* nullæ in segmentis intermediis. — *Marginales* duæ in primo et secundo. — *Caliptera* albicantia. — *Pedes* nigri, pulvillis fuscis.

Fœm. Sat diversa a mare, femoribus et medio tibiarum rufis — Squamis fuscioribus etc.

Marem unicum legi tempore æstivo in Apennino parmensi, alterum a D. Piccioli in Etruria lectum possideo, et Fœminam a D. De-Cristofori ab Insubria semel accepi.

Sp. 5. T. Rustica *Fall. Mgn Macq.*

Larvarum *Mgn. Macq. Zett.* — Simulans *Mgn. Mqrt.* — Aurifrons *Desv.* (non Mgn.) — Audens et Alacer. *Macq.* (certe) *et facilius plures nisi omnes sequentium.*

Mas. Vittata. — Ludibunda — Rectinervis. — Flavifrons.

Fœm. Flavipalpis. — Pumila. — Albifrons.

V. Descript. T. Larvarum Zetterstedtii, cui adde.

Segmentum secundum *abdominis*, setis marginalibus quatuor — Secundum et tertium setis aliquibus discoidalibus, distinctis prædita etc.

Vulgaris in tota ditione parmensi, etiam apennina, a majo ad octobrem. Etiam in aliis provinciis italicis lecta a Pedemontio ad Regnum neapolitanum.

Variat plurime statura, colore frontis et abdominis, venarum alarium forma et positione, crassitie aristæ etc. inde species plures e varietatibus conditæ.

Sp. 6. T. Erucarum *Mihi.* — Long. maris *Mill.* 6-10. fœm. 5-8.

Mas. Angusta et Angustifasciata *Macq.*

Fœm. Flavicaliptrata — Celer (Bis) Pusilla *Macq.*

Similis *Rusticæ* Fallenii a qua difert, præsertim.

Abdominis segmentis secundo et tertio setis discoidalibus non instructis, et a sequentibus quibus quoque proxima, setis marginalibus segmenti secundi quatuor, non duabus.

Variat mas. vena transversa alarum exteriore

		subrecta	T. Angusta Macq.
—	—	— eadem obliqua et flexa.	« Angustifasciata.
—	Fœm.	Calipteris flavidis . . .	« Flavicaliptrata.
—	—	Setis oralibus in genis magis assurgentibus. .	« Celer (Bis.) Macq.
—	—	Corpore satis parvo . .	« Pusilla.

Frequens cum varietatibus in toto agro parmensi fere in integro anno entomologico.

Sp. 7. T. GLOSSATORUM *Mihi.* — Longit. maris *Mill.* 7-8.

Similis maribus T. *Erucarum* et *Rusticæ*, sed a primis distinctus setis marginalibus in segmentis 1 et 2 abdominis, duabus tantum: et ab aliis, macrochetis discoidalibus nullis in dorso segmentorum intermediorum.

Sp. Præterea alii characteres sp: hanc ab illis vel istis congenerum distinguunt, quales sunt.

Aristæ articulus penultimus elongatus, quadruplo circiter crassitie longior. — *Setæ orales* paucæ et ascendendo decrescentes. — *Arista* ultra medium incrassata. — *Abdomen* lateribus non rufescentibus, segmentis basi late fusco-griseis etc.

Mares duo tantum legi in Apennino parmensi tempore æstivo.

Sp. 8. T. NYMPHARUM *Mihi.* — Long. *Mill.* 5-6.

Mas similis mari præcedentis; et pari modo ab affinibus distinctus, setis nullis discoidalibus in segmentis intermediis, et marginalibus duabus tantum in segmento secundo.

Difert a *glossatorum*, statura distincte minori. — *Arista* breviter incrassata, et articulo penultimo parum crassitie longiore. — *Abdomine* in maribus, segmentis duobus vel tribus ad latera rufescentibus; et basi segmentorum cinerascente, non fusco grisea.

Fœminæ abdomen, basi segmentorum angustius cinerascente.

Mares quinque, et unicam fœminam, in collibus agri parmensis legi, tempore æstivo.

Genus 34. BRACHICOMA *Rndn.* (non Mgn.) (*).

Tachina *Fall. Mgn. Zett.*

Charact. Gener.

Oculi nudi. — *Series frontales* setarum ad apicem usque articuli secundi antennarum descendentes. — *Orales* breviter assurgentes. — *Antennæ* breviusculæ ab epistomio paulo distantes, articulo secundo triplo vel ultra breviore tertio. — *Arista* subnuda, articulo penultimo brevi. — *Alarum* vena quinta longitudinalis angulatim flexa, angulo appendice spuria prædito. — *Abdominis* segmentum tertium, serie setarum marginalium non interrupta; quartum non late setosum, sed serie unica setarum ad apicem cinctum (exceptis analibus): (in mare, segmentum quintum paulo manifestum in Sp. Devia). — Tarsi antici in mare, pulvillis et uncis longis, istis non obtruncatis.

Species Italicæ

A. *Genæ* serie distincta pilorum, obliqua. — *Antennæ* totæ nigræ.

Sp. 1. Devia *Fall.*

(*) In Volum. I. Prodromi, errore typografico digitur *Mgn.* pro Mihi.

AA. *Genæ* nudæ. — *Antennæ* articulo secundo rufescente.

Sp. 2. METOPIELLA *Mihi.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. B. DEVIA *Fall. Mgn. Zett.*

NITIDULA *Rndn.* (1).

V. Descript. Zetterstedtii, cui adde:

Genæ serie setarum præditæ, distincta a frontalibus et oralibus. — *Palpi* nigri. — *Scutellum* nigrum paulo grisescens. — *Abdomen* setis discoidalibus omnino destitutum, in segmenti primi dorso etiam marginales non adsunt, quarum duæ in segmento secundo intermediæ et plures laterales observantur.

Quamvis nemo loquatur de pilis facialibus in descriptionibus sp. Deviæ, tamen aliis omnibus notis, ipsæ pertinere credo:

Nihilominus, tam patentis notæ distinctivæ oblivio, me in dubium ducit, speciem nostram, a Devia distinctam esse, quod comprobabit qui exemplaria possidet borealia hoc charactere prædita vel non: et si non, tunc species ista apellabitur *Adolescens* m.

---

(1) Hoc nomine mihi a Macquartio missa, diu credidi huic. Speciei Meigenianæ eam pertinere.

Non frequens in toto agro parmensi: legitur ab aprile ad septembrem.

Sp. 2. B. Metopiella *Mihi.* — Longit. *Mill.* 6. (Fœm.)

Genæ albæ, præter setas orales et frontales, nudæ. — *Frons* grisea, vitta lata nigra, subgrisescente. — *Antennæ* articulo secundo et basi tertii rufescentibus, isto latiusculo, et quadruplo fere longiore secundo. — *Arista* brevis, ultra medium incrassata. — *Palpi* lutei. = *Scutellum* nigricans paulo grisescens. — *Abdomen* albidi adspersum, præsertim ad basim segmentorum, maculis nigris et fuscis tessellatum: segmentis primo et secundo, setis marginalibus duabus in dorso; discoidalibus omnino destitutum. — *Caliptera* alba. — *Alæ* spinula costali distincta. — *Pedes* nigri.

Semel capta fœmina mense Julio in collibus agri parmensis.

Genus 35. METOPIA *Mgn. Macq. Rndn.*
Tachina *Fall. Mgn. Zett. Walk.*
Musca *Lin. Fabr. Rossi. Panz.*
Araba *Desv.*

Charact. Gener.

Oculi nudi. — *Frons* in utroque sexu lata et pari modo setosa. — *Antennæ* supra medium oculorum distincte insertæ; articulo tertio saltem sextuplo longiore secundo. — *Arista* nuda. — *Series frontales* setarum ad apicem articuli secundi antennarum circiter productæ, non ad earum radicem sistentes; *Genæ* setulis ciliatæ, ultra medium faciei manifeste assurgentibus. — *Alarum* vena quinta longitudinalis angulatim cubitata; cubito appendice spuria sed distincta prædito: quarta et quinta longitudinales sæpius in costali sejunctæ, raro conjunctæ: transversa exterior non satis obliqua; postice oriens satis extra interiorem, et antice satis proxima cubito quintæ longitudinalis. — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in utroque sexu parvi. *Abdominis* segmentum tertium, serie setarum marginalium non integra, sed ad latera plus minusve interrupta; segmentum quartum serie unica apicali setarum margiualium instructum, (præter setas anales), non in parte apicali late setosum (1).

---

(1) Characteribus istis adoptatis pro genere Metopia, species *Mesomelena* Löewii, ungarica, non italica, generis distincti typum efformabit, interpositi *Miltogrammis* et *Metopiis*: ab istis, genus novum distinctum erit præcipue. *Setis* frontalibus ad radicem antennarum sistentibus, et carinis facialibus non distincte setulosis: ab illis longitudine antennarum, et segmenti secundi abdominis serie setarum marginalium interrupta.

Generis nomen erit Mesomelena Mihi, et species apellabitur *Löewii* m.

Species Italicæ.

A. *Abdomen* setis discoidalibus instructum. — *Vena transversa* exterior convexa.

Sp. 1. Convexinervis *Macq*.

AA. *Abdomen* setis discoidalibus destitutum. — *Vena transversa* exterior non convexa.

B. *Alæ* maris, macula fusca distinctissima. — *Frons* fœminæ, vitta testacea amplissima.

Sp Fastuosa *Mgn*.

BB. *Alæ* maris non maculatæ. — *Frons* fœminæ vitta nigricante et non amplissima.

C. *Abdomen* in utroque sexu, maculis nigris, subtrigonis, distinctissimis. — *Frons* maris in medietate apicali argentea.

Sp. 3. Leucocephala *Rossi*.

CC. *Abdomen* vix fusco tessellatum. — *Frons* maris albido sericea sed non argentea.

Sp. 4. Argentata *Bremi*.

Observat. et Synon:

Sp. 1. M. Convexinervis *Macq*.

V. Descript. ejusdem Auct. in Annal. Soc. Ent. Galliæ 1859.

Species a me non observata, et dubitanter in hoc genere

locata, nam in hac, series orales setarum breves, frontales in genis satis descendentes; setarum discoidalium presentia etc. differentiam genericam indicare videntur.

In Sardinia capta ab equite Genéo.

Sp. 2. M. Fastuosa *Mgn. Desv. Macq.*

V. Descript. Meigenii.

In diagnosibus auctorum frontis fœminæ vitta intermedia coccinea dicitur, sed in nostris exemplaribus semper testacea apparet.

In Descriptione Macquartii (Ann. Soc. Ent.) corrige et adde.

Frons maris tota argentea, non vitta rufa instructa.

Setæ frontales apicem articuli secundi antennarum fere attingentes, non ad radicem tantum earum ductæ.

Abdomen, segmento tertio albo, punctis tribus nigris margini postico; ultimo albo, limbo postico atro.

In fœmina tarsi antici paulo dilatati.

Frequens in urbe Parma, et in collibus, ab aprile ad augustum. — Etiam in Etruria eam legit D. Pecchioli.

Sp. 3. M. Leucocephala *Rossi. Panz. Fab. Fall. Mgn. Desv. Macq. Zett. Walk. Rndn.*

Labiata *Fabr.*

V. Descript. Zetterstedtii.

Forte in fæminis speciei istius, M. *Argyrocephala* Meigenii latet, facilius Italiæ incola: et ægre a fæ-

minis *Leucocephalæ* distinguenda. — Tamen setas frontales observando in mare *argyrocephalæ* ad unumquodque latus seriem unicam extrinsecus præbent, dum in *Leucocephalæ*, seriem duplicem, etiam ad apicem frontis constituunt. — Quæ differentia in speciminibus collectionis meæ non observavi.

Leucocephala vulgaris est in agro parmensi; legitur in planitie et montuosis ab aprile ad octobrem. — In Etruria et in Pedemontio etiam frequens.

Sp. 4, M. Argentata *Bremi Macq.*

Stizivora *Rndn.* (olim in Litt.)

V. Descript. Macquartii (Ann. Soc. entom. Galliæ 1850.)

Abdominis maculæ intermediæ lineares, in segmentis primo et secundo distinctæ, in aliis sæpe non manifestæ. — Segmentum ultimum griseo-cinerascens apice nigro.

Variat maculis plus minusve obscuris et distinctis.

Non rarissima in agri Parmensis collibus a Majo ad Julium

Eam legi fere semper prope cavernas a *Stizo Repando* Panzerii effossas, inde species olim a me apellata fuit *Stizivora*, et hoc nomine distincta amicis communicata.

Nota) Ad hoc genus pertinent species duæ, nondum in Italia captæ, et nomine *Leucocephalæ* ambæ mihi transmissæ; unam a Germania alteram a Dania accepi, a Cl. Roserio et Stægero.

stius et illius marem tantum observavi, sed a maribus *Leucocephalæ* differunt ambo.

Germanicus — *Fronte* satis latius argentea, vix tertia parte verticali fusco-nigricante.

Abdomine maculis intermediis non nigris, vix fuscis, et parum distinctis. — lateralibus latis, subquadratis, nigris, et certa luce observatis, argenteo-micantibus.

Speciem nomine donatoris apello M. *Roserii.*

Danicus — *Tarsis* anticis pilis exilibus, sed longiusculis et distinctissimis, extrinsecus præditis, quod speciem rite distinguit, quamvis aliis characteribus dificillime secernendam, a varietatibus *Leucocephalæ* et sp. hanc in onorem donatoris, M. *Stægerii* voco.

Genus 36. **HETEROPTERINA** *Macq. Rndn.*
Miltogramma *Mgn. Zett.*
Metopilla (Olim in Litt.) *Rndn.*

Charact. Gener.

Oculi nudi. — *Arista* subnuda. — *Frons* in utroque sexu fere æqualiter lata et setosa. — *Series* frontales setarum circiter ad apicem articuli secundi antennarum ductæ; *orales* brevissimæ, sed *genæ* prope carinas faciales pilosulæ. — *Alarum* venula transversa exterior satis obliqua, et postice oriens con-

tra interiorem; a qua antice sub-æque distat ut a cubito quintæ longitudinalis: ista angulatim flexa, angulo appendice spuria sed longa instructo: — Quarta et quinta in costali vel contiguæ vel non, sed ante costalem haud conjunctæ. — *Spinula* costalis mediocris. — *Abdomen* setis nullis discoidalibus; segmenti tertii serie setarum marginalium late interrupta: segmento quarto, serie unica setarum ad apicem cincto (præter anales). — *Unci* et *Pulvilli* tarsorum in utroque sexu parvi,

SPECIE ITALICA unica 1. MULTIPUNCTATA *Mihi*.

Observ. et Synon.

Sp. 1. H. MULTIPUNCTATA *Rndn* (in litt.)

Sp. proxima *Heteroneuræ* et *Sticticæ* Meigenii, et similis *Hilarellæ* Zetterstedtii, ab omnibus vero diversa.

ab. Heteroneura difert, *antennis* articulo tertio nigricante, *pedibus*, præter geniculos rufescentes, nigro-fuscis. — *Abdomine*, lateribus in utroque sexu haud rufescentibus.

a. Stictica, *Genis* pilosulis; venis alarum ut in Heteroneura circiter dispositis; et *geniculis* testaceis, de quibus characteribus Meigenius omnino silet.

ab. Hilarella *tibiis* non flavidis; *distantia* venarum longitudinalium secundæ et tertiæ, in costali, satis majore distantia tertiæ a quarta etc.

Cæteri characteres ut in Heteroneura Meig.

Variat statura aliquando satis parva; tibiis basi paulo testaceis; antennis articulo tertio aliquando ad radicem rufescente.

Non rara *in* agro parmensi a Majo ad Augustum.

In insula Melita quoque lecta a D. Schembri.

Anno 1844 Clar. Macquartio specimen hujus insecti misi, nomine Metopilla Multipunctata Mihi; et Anno 1849 genus hoc, in tabula analitica Tachinarum nomine Taxigramma distinctum, et 1854 alio Heteroptirinæ, Cl. A. evulgavit. — nescio qua ratione Metopillæ nomen rejecit, et illud Taxigrammæ in aliud mutavit, et quare in suis novis observationibus, spec. a me communicatam neglexit, saltem mutato nomine eam evulgare debebat, ut fecit pro aliis non paucis a me receptis.

Genus 37. HILARELLA *Rndn.*

Miltogramma *Zett.*

Charact. Gener.

Oculi nudi. = *Frons* utriusque sexus subæque lata et setosa. — *Arista* in mare pilosula, in fœmina pubescens. — *Genæ* setulosæ. — *Series frontales* setarum circiter ductæ usque ad

apicem secundi articuli antennarum, *orales* breves, non confundendæ cum setulis sparsis genarum. — *Alarum* venæ quarta et quinta longitudinales paulo ante costalem conjunctæ, quintæ cubitus appendice spuria longa præditus: transversa exterior obliqua, sed postice oriens, non contra interiorem, et antice ab eadem magis distans, quam a cubito quintæ longitudinalis. Costa spinula mediocri prædita. — *Abdomen* ut in genere præcedente setosum. — *Unci* et *pulvilli* tarsorum in utroque sexu parvi.

SPECIES ITALICA unica 1. ITALICA *Mihi*.

Observat: et Descript.

Sp. 1. H. ITALICA *Mihi*.

Distincta a sp. typica M. Hilarella Zetterstedtii, cui tamen proxima videtur.

1. *Arista* in mare distincte pilosula.
2. *Abdomine* in utroque sexu lateribus testaceis.
3. *Tibiis* omnibus testaceis, non posticis tantum.
4. *Maculis* abdominis in quinque, non tres series ordinatis.
5. *Distantia* in costali, venæ secundæ longitudinalis a tertia, satis majore distantia tertiæ a quarta etc.

Raro legitur in agro parmensi, præsertim collino a Junio ad Augustum.

Genus 38. (A) **MILTOGRAMMA** (*) *Mgn. Macq. Zett. Rndn.*

Tachina *Fall. Mgn. Walk.*

Musca *Rossi. Panz.*

Charact. Gener.

Oculi nudi. — *Vibrissæ* nullæ majores, vel si aliquæ paulo distinctiores, non longæ, et non decussatæ. — *Antennæ* satis breves, in cavo uniloculari faciei insertæ; articulo tertio duplo aut parum ultra longiore secundo. — *Arista* nuda vel sub-

(*) Genus hoc sic dividendum esse cogito.

a. Setarum oralium vel nulla distincte major, vel si aliquæ paulo distinctæ, breves et extrinsecus non decussatæ.

Gen. 38. (a) Miltogramma *Mgn.*

aa. Setarum oralium saltem duæ distinctiores, longæ et extrinsecus decussatæ.

Gen. 38. (b) Sphixapata *Mihi.*

nuda. — *Series frontales* setarum, ad radicem antennarum sistentes. — *Alarum* vena quinta longitudinalis sejunctim a quarta costali producta; extrinsecus angulatim flexa, angulo appendice spuria prædito — *Abdomen* setis discoidalibus destitutum, marginalibus brevibus vel brevissimis: segmento ultimo serie unica apicali setularum marginato.

SPECIES ITALICÆ.

A. *Antennæ* totæ rufæ vel fulvescentes etiam apice.

B. *Abdomen* griseum, margine postico segmentorum late nigro-nitido.

Sp. 1. RUFICORNIS *Mgrl.*

BB. *Abdomen* griseum, obsolete fusco-tessellatum.

Sp. 2. MURINA *Mgn.*

AA. *Antennæ* saltem articulo tertio toto vel late nigricante ad apicem.

C. *Abdomen* griseum vel cinerascens; obsolete fusco-tessellatum.

D. *Abdomen* in utroque sexu, vitta dorsuali nigricante non manifesta. — *Tarsi* antici maris, ad articulum quartum, setis duabus subcontiguis, incurvis, longis, muniti.

Sp. 3. ŒSTRACEA *Fall.*

DD. *Abdomen* vitta dorsuali distincte fusciori præditum, in utroque sexu. — *Tarsi* antici maris, setulis pluribus divisis, longis, non incurvatis, in articulos quatuor superne præditi.

Sp. 4. PILITARSIS *Mihi.*

CC. *Abdomen* nigri-nitidi punctatum, vel tessellatum, vel fasciatum.

E. *Antennarum* articuli primi rufi, ultimus nigricans saltem late ad apicem. — *Abdomen* late nigro-tessellatum.

Sp. 5. GERMARII *Mgn.*

EE. *Antennarum* etiam articuli primi saltem maxima parte nigricantes.

e. *Abdomen*, segmentis posticæ nigro-marginatis.

T. *Tibiæ* posticæ setulis brevissimis, æqualibus, extrinsecus ciliatæ. — *Setæ orales,* in peristomio etiam sub oculos productæ.

Sp. 6. PILIMANA *Mihi.*

FF. *Tibiæ* posticæ setis varie elongatis extrinsecus præditæ — *Peristomium* sub oculos setis destitutum.

Sp. 7. CONTARINI *Mihi.*

ee. *Abdomen* nigro-punctatum.

Sp. 8. PUNCTATA *Mgn.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. M. Ruficornis *Mgrl. Mgn. Macq.* (Fœm.)
Melitensis *Macq.* } Var. Maris.
Rutilans *Mgn.*

V. Descript. Meigenii, Ruficornis Fœm. Rutilantis Mas.

quibus adde, *unci* et *pulvilli* tarsorum in utroque sexu parvi.

Rara tempore æstivo, in agri parmensis collibus et montuosis. — In Etruria quoque capta a Prof. Passerini, et fœminam ex insula Melita misit D. Schembri.

Sp. 2. M. Murina *Mgn.*

V. Descript. ejusdem auctoris, cui adde:

Tarsi antici articulis tribus intermediis superne setula aliqua breviuscula sed distincta instructis. — *pulvilli* et *unci* tarsorum in utroque sexu parvi.

Raro lecta in collibus agri parmensis tempore æstivo.
In Etruria quoque inventa a Doct. Pecchioli.

Sp. 3. M. Œstracea *Fall. Mgn. Macq. Zett.*
Tessellata *Mgn. Macq.* Fœm.

V. Descript. Zetterstedtii.

Mensibus Majo et Junio, a me raro lecta in agro parmensi, et ad Tergestum capta a D. Schiner.

Sp. 4. M. Pilitarsis *Mihi.* — Longit. *Mill.* 7-8.

Caput albo-lutescens, fronte præsertim maris magis flavida, vitta lata fulvo-lutea. — *Antennæ* articulis primis rufescentibus, tertio nigro basi paulo rufa, isto duplo circiter longiore secundo. — *Arista* ultra medium incrassata. — *Palpi* flavi. — *Corpus* griseum, *thorace* vittis quatuor fusco-nigricantibus. — *Abdomine* late fusco-maculato, vitta dorsuali distincte fusciore. — *Alæ* venula transversa anteriore, satis ante apicem longitudinalis secundæ sita. — *Pedes* nigri, pulvillis et uncis etiam in mare parvis; tarsorum anticorum articuli quatuor, in masculis, superne pilis longis, exilibus, sed distinctissimis ad apicem instructi.

Unicum masculum inveni in Apennino agri parmensis tempore æstivo, alterum ab Insubria misit olim D. De-Cristofori, et nuper uterque sexus a Doct. Schiner missus fuit, ad Tergestum inventus.

Sp. 5. M. Gerhardii *Mgn Zett.*

V. Descript. in opere Zetterstedtii.

Sp. apud nos rarissima; una vice tantum marem inveni, mense augusto, in collibus ditionis parmensis, et alterum in planitie mense majo.

Sp. 6. M. Pilimana *Mihi.* — Long. *Mill.* 4-7.

Caput albo-flavescens, fronte magis flavida, aliquando aurulenta, vitta latiuscula fulva, postice sæpius magis

obscura — *Palpi* flavi. — *Antennæ* nigræ; *arista* longe incrassata. — *Thorax* vittis tribus nigris, in scutello productis, et duabus minoribus intermediis, in parte anteriori. — *Scutellum* limbo paulo rufescente. — *Abdomen* griseo-cinerascens, segmento primo, vitta dorsuali, et margine postico segmentorum nigricantibus — *Alæ* venula transversa anteriore, ante apicem sita longitudinalis secundæ. — *Pedes* nigri, tarsorum anticorum articulis quatuor, in mare, pilis, exilibus, longis et numerosis superne instructis: pulvillis et uncis in utroque sexu parvis· tibiis posticis, setis parvis sub-æqualibus ciliatis extrinsecus.

Non rara in arenosis agri parmensis, præsertim collinis, tempore æstivo; Ab Etruria quoque bis eam accepi a Doct. Piccioli et a Prof. Passerini.

Sp. 7. M. Contarinii *Mihi*. — Long. *Mill*. 6. Fœm.

Genæ albæ. — *Frons* albo-lutescens, vitta fulvescente, postice flavido-tomentosa. — *Antennæ* nigræ, arista usque ad medium incrassata. — *Palpi* flavidi. — *Setulæ* orales in perisiomio sub oculos non descendentes. — *Thorax* cinerascens, vittis nigricantibus obsoletis, antice quinque. — *Abdomen* nigro nitens, basi segmentorum albidi late fasciatum, fasciis interruptis. — *Pedes* nigri, tibiis posticis setis varie elongatis extrinsecus præditis.

Unicam fœminam possideo speciei, quam misit olim Comes Contarini a Venetiis.

Sp. 8. M. Punctata *Mgn. Macq. Zett.*

Œstracea *Fall.* (*Var.*)

V. Descript. Zetterstedtii, cui adde:

Peristomium sub oculos setis oralibus destitutum. — *Antennæ* ad basim articuli tertii puncto rufo signatæ. Marem unicum possideo, in collectiuncula a M. Spinola acceptа inventum. — An pedemontanum?

Genus 38 (a. bis) **APODACRA** *Macq.* (*)

Distinctum a G. *Miltogramma* præcipue

Articulo tertio antennarum quadruplo ad sextuplo longiore secundo, et

---

(*) Genus Apodacra Macq. proximum Miltogrammis specie unica in Gallia capta instructum est, sed vix reformando characteres genericos antennarum, etiam novam speciem continere potest, in Insula Cypri lectam et mihi expeditam a Prof. Bellardi Taurinensi. Facilius vel Gallica, vel Cyprica specierum nisi ambæ, in aliqua provincia nostra, vel in aliqua insularum reperienda, ideo generis Macquartii characteres modificatos, et illos specieiei novæ in Cypro lectæ hic refero.

Venis longitudinalibus alarum quarta et quinta ante costalem distincte conjunctis.

Sp. Typica Ap. *Seriemaculata* Macq. cujus descript. lege in diariis societ. Entom. Galliæ 1854

Sp. nova Ap. *Cyprica* Bellardi, quam sic describo.

Fœm. *Antennæ* fulvæ. — *Arista* brevis crassiuscula, basi fulva, apice nigra. — *Thorax* cinereus, ut pars centralis *scutelli*, isto limbo luteo. — *Abdomen* basi, apice, et fascia dorsuali cinereis; lateribus luteo-testaceis subdiaphanis; segmentis omnibus, margini postico trimaculatis; maculis nigris nitidis, segmenti ultimi subrotundatis, præcedentium lateralibus transversis elongatis. — *Pedes* luteo-testacei, tarsis et femoribus ad basim late nigricantibus; tibiis intermediis subpennatis, seu intus et extra pilis satis crebris, nigris ciliatis.

In Insula Cypro lecta (Bellardi).

Genus 38 (b) **SPHIXAPATA** *Mihi.*

Miltogramma *Mgn. Macq. Zett.*
Tachina *Walk. Mgn.* p. *Zett.* p.
Megera p. *Desv.*

Charact. Gener.

Oculi nudi. — *Series frontales* setarum non ultra radicem antennarum productæ; *orales* breves, vibrissis duabus majoribus extrinsecus decussatis. — *Antennæ* breves, articulo secundo raro, et parum breviore medietate tertii. — *Genæ* contra setas orales non pilosæ. — *Arista* nuda vel subnuda. — *Alæ* ut in Miltogrammis venosæ, et pari modo venis longitudinalibus quarta et quinta ante costalem non conjunctis. — *Abdomen* setis nullis discoidalibus, sed marginales præbens sæpius validiusculas vel longas. Segmento ultimo serie unica vel fere unica setarum ad apicem marginato. ano in fœmina non aculeato. — *Pulvilli* et *unci* tarsorum saltem in fœmina parvi (1).

Species Italicæ

A. *Vitta frontalis* fulva vel distincte testacea.

B. *Antennarum* articuli primi toti et pure fulvescentes. — *Abdominis* segmentum secundum setis erectis destitutum.

C. *Alarum* venula transversa anterior, ante, non contra apicem sita secundæ longitudinalis. — *Abdomen* apice nec late nec distincte nigro.

Sp. 1. Intricata *Mgn.*

(1) Milt. Agrestis Fall. Mgn. genus proprium instituere debet post Miltogrammas, cujus characteres videbis ad G. Macronichia Mihi.

CC. *Alarum* venula transversa anterior contra apicem sita longitudinalis secundæ. — *Abdomen* apice late et distincte nigro.

Sp. 2. Melanura *Mgn.*

BB. *Antennarum* articuli primi omnino vel fere omnino nigricantes. — *Abdomen* segmento secundo setis aliquibus marginalibus erectis prædito.

Sp. 3. Lineolata *Mihi.*

AA. *Vitta frontalis* nigricans, vel picea, vel grisea, vel albicans numquam distincte fulvescens.

D. *Vitta frontalis* grisea vel albicans, nec nigra nec picea

d. *Abdomen* seriebus tribus macularum nigricantium.

E. *Palpi* flavescentes. — *Venæ* transversariæ exterioris distantia ab interiori, fere tripla distantiæ, a cubito quintæ longitudinalis.

Sp. 4. Albifroas *Mihi.*

EE. *Palpi* nigricantes. *Venæ* transversæ exterioris distantia ab interiori, parum diversa distantiæ a cubito quintæ longitudinalis.

Sp. 5. Conica *Fall.*

dd. *Abdomen* seriebus quatuor macularum nigricantium.

Sp. 6. Pigmea *Mihi.*

DD. *Vitta frontalis* nigra vel picea.

F. *Antennarum* articulus tertius ad summum bilongior secundo. — *Venulæ* transversæ exterioris distantia ab interiori circiter tripla distantiæ a cubito quintæ longitudinalis.

G. *Maculæ* nigræ abdominis distinctæ, determinatæ, postice latiores. — *Tibiæ* posticæ setulis mediocribus, varie elongatis extrinsecus præditæ.

Sp. 7, MACULOSA *Mihi.*

GG. *Abdomen* tessellis fusco-nigris, non maculis nigris determinatis signatum. — *Tibiæ* posticæ setulis brevibus subæqualibus extrinsecus præditæ.

Sp. 8. PELOPEI *Mihi.*

FF. *Antennarum* articulus tertius circiter trilongior secundo. *Venulæ* transversæ exterioris distantia ab interiori, parum major distantia a cubito quintæ longitudinalis.

Sp 9. PICCIOLII *Mihi.*

Observ. et Synon.

Sp. 1. S. INTRICATA *Mgn.*

V. Descript. ejusdem auctoris.

Mense Julio raro legi speciem in sabulosis collinis agri parmensis.

Sp. 2. S. MELANURA *Mgn. Macq?*

V. Descript. Meigenii, cui adde.

Vittæ nigricantes thoracis, et dorsuails abdominis parum perspicuæ.

In diagnosi Macquartii, segmentum secundum abdominis postice setosum dicitur, sed in nostris speciminibus vix breviter pilosum observatur, inde synonymia dubia.

Raro legitur in collibus agri parmensis, prope cavernas Cerceridis Emarginatæ Latr. mensibus Julio et Augusto.

Sp. 3. S. LINEOLATA *Mihi.* — Long. *Mill.* 5-7.

Mas. *Caput* album, vitta frontali lata flavo-testacea. — *Antennæ* nigricantes, articulo secundo magis vel minus anguste ad apicem rufescente. — *Arista* ad medium circiter incrassata. — *Vibrissæ* longe ab oris apertura orientes, supra vibrissas setæ nullæ adsunt. — *Palpi* flavi. — *Thorax* obsolete fusco-trivittatus. — *Abdomen* grisescens, incisuris segmentorum albicantibus, et maculis nigris elongatis tribus, in segmentis intermediis satis distinctis: dorso segmenti secundi setis marginalibus duabus erectis validiusculis prædito. — *Pedes* nigri; geniculis anguste testaceis; pulvillis et uncis mediocribus.

Fœm. Difert a mare *abdomine* magis rotundato et breviore, præter characteres sexuales ordinarios.

A Majo ad Octobrem non frequenter legitur in agro parmensi, in collibus vero minus raro.

Sp. 4. S. ALBIFRONS *Mihi.* — Long. *Mill.* 3-6.

Caput album niveum, fronte albicante, vitta grisea albinitente. — *Palpi* flavidi. — *Antennæ* nigræ; arista

brevi, ultra medium incrassata. — *Vibrissæ* parum ab apertura orali distantes; supra vibrissas setulæ nonnullæ adsunt. — *Thorax* vittis fuscis obsoletis. — *Scutellum* griseum lateribus nigris. — *Abdominis*, saltem tria prima segmenta, cinerea vel grisea, maculis mediocribus vel parvis, nigris, tribus, limbo postico proximis, a quo linea exili sub-albida sejunctis: serie dorsuali aliquando in fœmina parum perspicua. — *Pedes* nigri, pulvillis in mare mediocribus, in fœmina parvis. — *Venæ transversæ* exterioris distantia ab interiori satis major distantia a cubito quintæ longitudinalis: transversa anterior non contra, sed paulo ante apicem sita secundæ longitudinalis.

Communis in agri parmensis planitie et collibus, a Junio ad Septembrem. — In floribus legitur et prope cavernas Hymenopterorum. — Prope Florentiam capta a Doct. Piccioli.

Sp. 5. S. Conica *Fall. Mgn. Zett.* (esclus. Syn. Macq.)

V. Descript. Zetterstedtii optimam.

Minima nostratium, et præcedenti similis sed distincta.

1.° *Palpis* nigricantibus. — 2. *Venula* transversa anteriore, contra et fere extra apicem sita secundæ longitudinalis. — 3.° *Distantia* venulæ transversæ exterioris ab interiore, satis breviore.

Conica Macquartii diversa. — Statura sat majore; segmentis omnibus abdominis setis marginalibus præditis; et

venis alarum similis Œstraceæ; quæ Conicæ Falleoii non conveniunt.

Rara tempore æstivo in collibus agri parmensis.

Una vice fœminam legi, dum a caverna exibat cujusdam Stizi.

Sp. 6. S. Pigmea *Mihi.* — Long. *Mill.* 3. Mas.

Mas. Similis mari Albifrontis, at minor et statim distincta seriebus duabus macularum nigricantium in dorso, non unica, præter duas laterales.

Difert etiam lineis marginalibus segmentorum albidis non manifestis ut in albifronte. — *Venæ* transversæ exterioris distantia ab interiori, neque duplex distantia a cubito quintæ longitudinalis, et non ut in altera specie, fere tripla.

Tamen frons griseo albicans, palpi flavescentes etc: in utroque observantur.

Rarissimo marem inveni tempore autumnali in collibus agri parmensis.

Sp. 7. S. Maculosa *Mihi.* — Long. *Mill.* 4-7.

Fusco-cinerascens vel grisescens, *abdomine* nigro-maculato.

Caput sub albidum, *fronte* sæpius et aliquando *genis* in parte supera flavicantibus: *vitta frontali* angusta vel angustissima, nigra. — *Antennæ* nigræ. — *Palpi* nigri. — *Vibrissæ* prope oris aperturam insertæ. — *Thorax* nigri trivittatus. — *Abdomen* setis marginalibus longis

instructum; segmentis, præsertim intermediis, maculis tribus, nigro-nitidis, postice latioribus, signatum. — *Alæ* venula transversa anteriore non contra, sed paulo ante apicem sita, secundæ longitudinalis. — *Pedes* nigri, tibiis posticis, setis mediocribus extrinsecus ciliatis, quarum aliquæ distincte majores et longiores (*).

In floribus, in muris, et prope cavernas Hymenopterorum frequentissima, tam in planitie quam in montuosis agri parmensis, a Majo ad Augustum. — In Etruria quoque lecta a D. Piccioli.

Sp. 8. S. Pelopei *Mihi.* — Long. *Mill.* 7-9.

Similis *Maculosæ,* at major et diversa.

Capite minus albido, fronte non flavicante. — *Abdomine* maculis nigris determinatis non signato, sed tessellis fuscioribus, elongatis, postice non, aut vix latioribus: setis marginalibus, in mare brevibus, in fœmina brevissimis. — *Tibiis* posticis, setis satis parvis, subæqualibus extrinsecus ciliatis, nulla distincte majori etc.

Cujus larva in nidis Pelopei Spirifecidis vivit.

Imago in floribus et muris non rara a Junio ad Augustum, tam in planitie, quam in montuosis agri parmensis.

(*) A Mill. *Poliodon* Meigenii distincta, præsertim maculis nigris abdominis, semper, et distincte postice sejunctis non connatis etc.

Sp. 9. S. Picciolii *Mihi.* — Long. *Mill.* 5. (Fœm.)

Antennæ longiusculæ, articulo tertio circiter trilongiore secundo. — *Arista* brevior articulo tertio, usque prope apicem incrassata. — *Palpi* nigri. — *Vibrissæ* contra oris aperturam sitæ. — *Frons* latiuscula, griseo-albicans, vitta picea. — *Thorax* nigro-vittatus, antice vittis quatuor manifestis. — *Abdominis* segmenta intermedia maculis tribus nigris signata, segmento primo, et linea marginali postica sequentium pariter nigris. — *Setæ marginales* validæ. — *Alarum* venula transversa anterior, contra, et fere extra apicem sita secundæ longitudinalis: venæ transversæ exterioris distantia ab interiori, parum longior distantia a cubito quintæ longitudinalis. — *Pedes* nigri.

Fœminam unicam observavi, quam a Florentia misit Doct. Piccioli.

Genus 28. (C) **MACRONICHIA** *Mihi.*
Miltogramma *Mgn.*
Oodigaster *Macq.*
Tachina *Fall. Mgn. Macq. Zett.*

Charact. Gener.

Antennarum articulus secundus manifeste latior tertio, isto vix bilongiore secundo vel non. — *Genæ* distincte piligeræ seu setulis pluribus sparsis præditæ. — *Vibrissæ* ab apertura orali distantes, longæ, et extrinsecus decussatæ. — *Setæ* frontales ad radicem antennarum vix ductæ. — *Pulvilli* et *Unci* tarsorum in utroque sexu sat magni. — *Abdomen* fœminæ elongatum et apice mucrone corneo distinctissimo præditum.

Cætera circiter ut in Generibus Miltogramma et Sphixapata.

Species Italica unica 1. Agrestis *Fall.*

Observ. et Synon.

Sp. 1. M. Agrestis *Fall. Mgn. Macq. Zett.*

V. Descriptiones Meigenii et Macquartii, non illam, Zetterstedti, quæ sp. diversam indicare videtur.

Adde diagnosibus auctorum.

Caput albicans, facie foveolis lateralibus impressis, certa luce observatis rufis; fronte lata, vitta non angusta nigra. — *Peristomium* paulo inflatum, et sub oculos distincte productum. — *Arista* fere ad medium incrassata. — *Maculæ* nigræ abdominis subtrigonæ, in segmentis intermediis distinctiores; in mare discretæ, in fœmina postice connexæ.

Raro lecta in agro parmensi præsertim collino, mensibus Julio et Augusto.

Genus 39. TRIXA *Mgn. Latr. Macq. Walk. Rnds.*
Hubana *Mgrl.* — **Cramerisa** *Desv.*
Semiomyia *Bremi.*

Charact. Gener.

Oculi nudi. — *Antennæ* brevissimæ, sub aut contra, non distincte supra medium oculorum orientes: articulo tertio apice rotundato, et parum longiore præcedente. — *Palpi* breves, crassi, subclavati. — *Setæ* frontales ad radicem antennarum sistentes. — *Peristomium* sub oculos sat productum, longitudine circiter dimidio oculorum. — *Abdomen* macrochetis discoidalibus præditum; segmento ultimo, apice late setoso, non serie una marginali setarum instructo. — *Alarum* vena quinta longitudinalis angulatim flexa, angulo appendice sat distincta non spuria prædito. — *Spinula* costalis sub indistincta.

Species Italicæ

A. *Femora* nigricantia. — *Alæ* puncto fusco distincto ad venulam transversam anteriorem.

Sp. 1. Œstroidea *Desv.*

AA. *Pedes* toti fusco-rufescentes. — *Alæ* puncto fusco destitutæ ad venulam transversam anteriorem.

Sp. 2. Cœrulescens *Mgn.*

Observ. et Synon.

Sp. 1. T. Œstroidea *Desv. Macq. Mgn. Zett.*

V. Diagn. Macquartii in Ann. Soc. Ent. Galliæ 1848.

Unicum exemplar collectionis meæ, olim a Pedemontio misit Prof. Genéus.

Sp. 2. T. Cœrulescens *Mgn. Macq. Rndn.*

V. Descript. Meigenii.

In Pedemontio capta a Prof. Bellardi, in cujus collectione exemplar asservatur.

GENERUM ET SPECIERUM

INDEX

FINE DEL VOL. III.

ICONUM EXPLICATIO

I. CAPUT
- a Setæ frontales
- b Genæ
- c Vibrissæ
- d Setæ orales
- e Peristomium
- o Oculi
- p. Setæ verticales
- q. Setæ ocellares

II. ANTENNÆ
- 1 Articulus primus vel basalis
- 2 Art. secundus v. penultimus
- 3 Art. tertius vel ultimus
- 4 Arista.


III. ARISTA
- a Articulus primus, vel radicalis
- b Art. secundus v. penultimus
- c Art. tertius v. ultimus

IV. SCUTELLUM
- 7 Setæ marginales
- 8 Setæ apicales

V. ABDOMEN
- A Segmentum primum v. basale
- B Seg. secundum
- C Seg. tertium
- D Seg. quartum, vel ultimum
- E Genitalia
- 9 Setæ marginales
- 10 Setæ discoidales

VI. Pes
- 11 Coxa
- 12 Femur
- 13 Tibia
- 14-20 Tarsus
- 14 Metatarsus, seu articulus primus
- 15 Artic. secundus
- 16 Artic. tertius
- 17. Artic. quartus
- 18 Art. quintus vel ultimus vel apicalis
- 19 Pulvilli
- 20 Unci vel Onichii
- 21 Cilia tibiarum

VII. ALA
- f Spinula costalis
- g Appendix cubitalis
- h Venula transversa exterior
- i — — Interior vel anterior
- k — — basalis antica
- l — — basalis postica
- m. Angulus vel cubitus venæ quintæ longitudinalis
- n Vena axillaris.



I.




II.




III.




IV.



V.



VI.



VII

[illegible]

DIPTEROLOGIÆ ITALICÆ

PRODROMUS

A. CAMILLO RONDANI

Vol. IV.

SPECIES ITALICÆ

ORDINIS DIPTERORUM

IN GENERA CHARACTERIBUS DEFINITA, ORDINATIM COLLECTÆ, METHODO ANALATICA DISTINCTÆ, ET NOVIS VEL MINUS COGNITIS DESCRIPTIS

AUCTORE

CAMILLO RONDANI

R. Ordinis SS. Mauritii et Lazari Equite — In R. Athæneo Parmensi Professore — Societatis Entomologicæ Parisiensis — R. Accademiæ Georgofilorum Florentinæ — Societatis Zoologicæ et Botanicæ Windobonensis — Accademiæ Naturæ curiosorum Neapolitanæ — Societatis Entomologicæ Stetinensis — Societatis Rei agrariæ Regii Lepidi — Athænei Bassanensis — Accademiæ concordium Rhodigii — Societatis Italicæ Scientiarum Naturalium, et Accad. Panormitanæ Sodale etc. etc.

Pars Tertia

MUSCIDÆ

TACHININARUM COMPLEMENTUM

PARMÆ

EX TIPOGRAPHIA ALEXANDRI STOCCHI

1861.

NOTANDA CORRIGENDA ET MUTANDA

In Voluminibus tribus prodromi iam evulgatis.

— Notanda —

Prima genera in hoc volumine descripta sectioni X Prodromi pertinent, sed ut melius divisio ista distincta sit ab alia XX, characteres unius et alterius sic ampliare oportet.

V. 1. pag. 71.

X. *Series frontales* setarum ad apicem articuli secundi antennarum circiter, nisi ultra descendentes, et quando minus elongatæ, tunc *abdomen* segmento ultimo setis pluribus instructo, non serie unica setarum subapicali marginatum.

XX. *Series frontales* setarum ultra apicem articuli primi antennarum non aut vix productæ, et si aliquando paulo ultra descendentes, tunc *abdomen* segmento ultimo, serie unica sub-apicali setarum marginato.

Sic characteribus sectionum reformatis, Gen. *Acemya* in subdivisione X, et illud *Fischeriæ* in divis. XX transferenda essent, tamen hic sub numerum ut in Prodromo notatum inveniuntur, ne tota generum series mutanda sit.

Tom. 1. Pag. 33.

Generis *Morphomyæ* Rnd. post novæ speciei detectionem notæ distinctivæ Prodromi insufficientes sunt, inde ut sequitur mutandæ in sectionibus A et AA.

A. *Antennæ* manifeste supra medium oculorum insertæ — *Vibrissæ* longe ab ore in genis insitæ.

G. 1. MORPHOMYA.

AA. *Antennæ* contra nisi sub medium oculorum insertæ, si raro paulo supra medium, tunc *Vibrissæ* prope orem insitæ etc.

Tom. 2, Pag. 142.

Generis *Neurigonæ* Rndn. nomen non mutandum ut fecit Clar Loëw, pro grammaticali imperfectione; nam nomina sun signa non definitiones, ut ait Celeb. Spinola, inde *Saucropus* Loëwii in synonimis pone.

Tom 2. Pag. 144.

Gen. *Achanthipodus* Rndn. saltem sonitu difert ab *Achanthopodus* Lacp. et quæ similia sunt non sunt æqualia, et quæ non æqualia non mutanda, alioquin fere totam nomenclaturam zoologicam renovare opporteret.

Inde *Gymnopternus* Loëwii Synonimicus gen. nostri, non eodem substituendus.

— Corrigenda —

Tom. 2. Pag. 84.

Generum *Deximorphæ* et *Dineræ* distinctionis notæ reformandæ sunt, quia *Spinula* costalis valida, quæ pertinet *Dineris*, erronee in Prodromo spectare dicitur *Deximorphis*: præterea conjunctionem venarum quartæ et quintæ ad apicem, novis observationibus cognovi in *Dineris* constantem et in *Deximorphis* instabilem esse, ideo quæ inscripsi in tabula analitica, a sectione incipiendo signata E, sic interest mutare.

E. *Antennarum* articulus tertius non aut vix longior præcedente

Gen. 4. **DEXIMORPHA.**

EE. *Antennarum* articulus tertius saltem bilongior præcedente.

F. *Venæ* longitudinales quarta et quinta prope costalem conjunctæ.

Gen. 5. **DYNERA**

FF. *Venæ* longitudinales quarta et quinta sejunctim costalem attingentes.

G. Proboscis etc.

Tom. 1. Pag. 108.

In Gen. *Mekelia* Desv. stirpis *Ortalidinarum*, sectionis B, nuper observavi specimina aliqua, venam secundam longitudinalem totam setulosam præbere, et aliqua, nudam ad basim, ideo notæ distinctivæ sectionum B et BB a vena ista desumptæ, nunc tota nunc partim setulosa, insufficientes videntur, et earum differentia alio charactere sic melius statuenda.

B. *Scutellum* setis marginalibus quatuor tantum distinctis.

BB. *Scutellum* setis marginalibus distinctis sex.

Tom. 1. Pag. 111. Lin. 13. pro *venæ tertiæ* — pone *venæ Secundæ*.

— Pag. 157. Lin. 25.

pro **CHEILOPOGON** R. — pone **SEILOPOGON** R. 1854. (*).

(*) Costa A. (Opuscoli scientifici 1854) Napoli.

Tom. I. Pag. 175. Lin 4.
pro **SIMULIA** Mgn. — pone **SIMULIUM** Latr.

— Pag. 164. Lin. 5,
pro **BOMBYLISOMA** R. — pone **DISCHISTUS** Loëw 1855.

— Pag. 200. Lin. 17.
pro **OXYRHYNCUS** R. 1856 — pone **OZIRHYNCUS** R. 1840

— Mutanda —

Nomina generica Prodromi in Historia Naturali prius adhibita.

Vol. I. Pag. 60. et Vol. III. Pag. 17.
MELIA Desv. 1830 — muta in **MELISONEURA** m.
Curtis *Lepidopt*: 1828 — Lat. *Crust.* 1824. Genus etiam extat plantarum.

— » Pag. 72.
MYOBIA Desv. 1830 — **ANTHOICA** m.
Heyd: *Arachn*: 1826: si genus hoc adoptatum, ejusdem nomen mutandum.

— » Pag. 76.
SCOPOLIA Desv. 1830 — **PHORICHETA** m.
Hübn: *Lepidop*: 1816: et genera quinque plantarum.

Vo. 1. Pag, 79.
CYLINDROSOMA R. — **CYLINDROGASTER** M.
Tsch: *Rept.* 1838 — adest etiam
Cylindrosomya Raf. in *pisc* 1815
pseudo-omonimum.

— » Pag. 82.
CLYTIA Desv. — **CLYTIOMYA** m.
Lmrx *Polip* 1812 — Hübn *Lepid* 1816.

— » Pag. 88.
PROROSCINA Rndn. — **RHYNCHISTA** m.
Audn. *Polip.*

— » Pag. 90.
MYA Rndn. — **SOMOMYA** R. 1861 (*)
Lin. Lam. *Mollus.*

— » Pag. 92.
IDIA Mgn. 1826 — **STOMORHINA** m.
Lamx. *Polip* 1816 — **IDYA**
Frem. 1809 et Rafn. *Crust.*

— » Pag. 95.
ARICIA Desv. 1830 — **YETODESIA** m.
Savg. *Verm.* 1817.

— » Pag. 96.
THRICOPS Rndn. — **TRICOPHTHICUS** m.
Mann. *Coleop.*

(*) V. Atti del Accad. delle Scienze di Bologna 1861.

Tom. I. Pag. 105
LUCINA Mgn. — **EGGISONEURA** m.
Brug. *Mollus:* 1791.

— » Pag. 108.
MECKELIA Desv. — **CERATOXYS** m.
Leuch. *Vermes* 1825: si hoc ultimum adoptatum pone voc. nov.

— » Pag. 112.
EPIDESMYA Rndn. — **PRIONIMERA** m.
Westw. *Lepid.* 1841 — **EPIDESMIA** Hübn. *Lepid.* 1816.

— » Pag. 114.
CERATITES Mac. Leay 1829 — **HALTEROPHORA** m.
Haan. *Moll.* 1825: adest etiam Gen. *Coleopt.* Serville.

— » Pag. 115.
LISSA Mgn. 1826. — **MEGAMERINA** m.
Leach. *Crust.* 1815.

— » Pag. 124.
HETEROPTERA Macq. — **COPROICA** m.
Lat. *Hemip.* 1817 (sectio).

— » Pag. 127.
ODONTHOCERA Macq. 1835 — **CERODONTHA** m.
Servil. *Coleop.* 1833.

— » Pag. 131.
HYDRELLIA Desv. 1830 — **HYDROPOTA** m.
Hübn. *Lepid.* 1816, adoptatum a Guenée 1841.

Tom. 1. Pag. 141.

ANOPLOMERUS Rnd. 1856 Dej. *Coleopt.*
ANOPLOPUS Rndn. 1857. Wagl. *Rept.*
muta in **LIANCALUS** Loëw.

— » Pag. 142.

PSILOPUS Mgn. 1824. — **PSILOPODIUS** m.
Poli *Moll.* 1795: etiam in *Avibus* Gould. 1837.

— » Pag. 148.

PHYLLODROMYA Zett. 1842 — **LEPIDOMYA** Big.
Serv. *Orth.* 1839.

— » Pag. 168.

CHLORISOMA Rndn. — **CHLOROSIA** m.
Swns *Aves.* 1837.

— » Pag. 169.

CHRYSOMYA Macq. 1834 — **MYOCHRYSA** m.
Desv. *Dipt.* 1830: Genus adoptandum pro *Luciliis* aliquibus exoticis (*).

— » Pag. 172.

SUBULA Mgn. 1820 — **XYLOMYA** m.
Schum. *Moll.* 1817.

— » Pag. 181.

LIMNEA Rndn. 1856 — **LIMNOICA** m.
Poli *Moll.* 1791: est etiam **LIMNEA** Sow. *Moll.* 1840.

— » Pag. 183.

LIMNOPHILA Macq. — **LIMNOMYA** m.
Menk. *Moll.* 1828: est etiam plantarum Genus.

(*) V. Atti dell' Accad. delle scienze di Bologna 1861.

Tom. 1. Pag. 192.

MICETOBIA Mgn. 1818 — **MICETOICA** m.
Dumer *Col.* (sectio) 1806.

— » Pag. 194.
FUNGINA Rndn. — **AGAROMYA** m.
Ehr. *Polip.* 1838.

— » Pag. 195.
MICETINA Rndn. — **MYCOZETÆA** m.
Gray. *Mamm.* (sectio) 1825.

— » Pag. 197.
MYCETOMIZA Rndn. — **MYCOSIA** m.
Fall. *Dipt.*

— » Pag. 199.
PHYLLOPHAGA Rndn. — **ASPHONDYLIA** Loëv.
Desv. Harr. etc.

(Nota) Sillaba *Mya* pro *Myia*. tam incipiente quam desinente vocabula distinctiva, hic usus sum, quia pronuntiatione minus molesta, et jam ab entomologis nonnullis adoptata.

Stirpis TACHININARUM
ultima genera

Genus 40. BLEPHARIPA *Rndn.*
Sturmia *Desv.* (*) — **Masicera** *Macq. Mgn.* —
Tachina *Fall. Mgn. Zett. Walk.*

Charact. Gener.

Series frontales setarum ad apicem magis proximæ oculis quam carinis facialibus. —
Oculi nudi — *Proboscis* brevis — *Antennæ* supra medium oculorum manifeste orientes, modice elongatæ; articulo tertio triplo circiter longiore secundo — *Setæ* frontales usque ad aristam descendentes — *Alæ* spinula costali subindistincta; vena quinta longitudinali angulatim non arcuatim cubitata, angulo neque apparenter appendiculato: transversa exteriore magis distante ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis — *Abdomen* macrochetis discoidalibus destitutum in segmentis tribus primis; ultimo setis late hirto, non serie tantum sub-apicali setarum marginato — *Tibiæ posticæ setulis crebris* et *æqualibus extrinsecus ciliatæ.*

Maris pulvilli et unci tarsorum longiores, et frons setis exterioribus non antice incurvatis etc.

(*) *Sturmiæ* vocabulum prius propositum, sed novum antiquiori substitui, quia hoc nomine distincta genera tria jam extant, in familiis plantarum *Rubiaceis, Gramineis,* et *Orchidèis.*

Species Italicæ.

A. *Palpi* et articulus secundus *antennarum* fusco-rufescentes.

Sp. 1. Scutellata *Desv.*

AA. *Palpi* et *Antennæ* totæ nigricantes.

B. *Arista* ultra medium distincte incrassata — *Abdominis* segmentum tertium macrochetis marginalibus paucis et distantibus instructum: in dorso circiter sex.

Sp. 2. Athropivora *Desv.*

BB. *Arista* ultra medium non incrassata — *Abdominis* segmentum tertium macrochetis marginalibus plurimis et proximis præditum; in dorso circiter decem, vel duodecim.

Sp. 3. Pupiphaga *Mihi.*

Observat. et Synon.

Sp. 1. B. Scutellata ***Desv. Macq:***

Ciliata ***Macq. Rndn.*** — Obliqua ***Desv.*** (***Fœm***).

V. Descript. Maquartii in Annal. Soc. entom. Galliæ 1850, in qua notandum est, maris tantum et non semper, abdominis latera rufescentia esse.

Non rara in agro parmensi etiam montuoso, præsertim mensibus Majo et Iunio — In Pedemontio quoque capta a Prof. Bellardi.

Sp. 2. B Athropivora *Desv. Macq.*

V. Descript. Macquartii in diariis s. c. cui adde: *setæ marginales* segmenti tertii abdominis, paucæ et distantes, *dorsuales* circiter sex. — *Arista* distincte ultra medium incrassata.

Varietates maris, lateribus abdominis haud rufo tinctis, nomine *Masicera Miltogrammica* olim amicis communicatæ.

Ex erucis *Sphingis athropos* etiam apud nos orta.

Frequens in agro parmensi a Majo ad Octobrem, præsertim in collibus.

Sp. 3. B. Pupiphaga *Mihi.*

Similis habitu *Sp.* præcedenti, sed distinctissima, præsertim *Arista.* minus, et satis brevius, non ultra medium incrassata — et setis marginalibus segmenti tertii abdominis, plurimis et proximis, dorsualibus saltem decem.

Vena quinta longitudinalis, in exemplaribus a me observatis, angulo flexa magis aperto, non subrecto ut in præcedente.

Raro lecta in planitie et collibus agri parmensis tempore æstivo — Fœminam quoque a Pedemontio misit Prof. Bellardi.

Exemplar unum a pupa Lepidopteri domi ortum.

Genus 41 MASICERA *Macq. Mgn. Rndn.*
Lidella *Desv. Macq.*
Tachina *Fall. Mgn. Zett. Walk.*
Ceromasia - *p. Rndn.*

CHARACT. GENER.

Oculorum, setarum frontis et oris notæ distinctivæ ut in *Blepharipa,* sed in Masiceris articulus tertius antennarum, nunc magis nunc minus elongatus — *Spinula* costalis aliquando distincta aut valida — *Abdomen* macrochetis discoidalibus nunc instructum, nunc destitutum etc. — Sed character præcipuus distinctionis in tibiis posticis observatur, setulis crebris et æqualibus non ciliatis extrinsecus, sed varie et sparsim setosis.

Tarsorum pulvilli et unci fere semper in masculis majores, vix in aliqua specie, utriusque sexus parvi.

Genus sic subdividendum si placet.

1. *Abdomen* macrochetis marginalibus tantum in dorso segmentorum 2 et 3 præditum.

Gen. 41 (*a*) **MASICERA** *Macq.*

2. *Abdomen* macrochetis dorsualibus in disco et margine saltem segmenti 3 munitum.

Gen. 41 (*b*) **CEROMASIA** *Rndn.*

SPECIES ITALICÆ

1. G. MASICERA.

A. *Setæ ocellares* obliteratæ.

Sp. 1. GYROVAGA *Mihi.*

AA. *Setæ* ocellares distinctæ.

B. *Scutellum* saltem apice rufescens.

C. *Palpi* saltem extrinsecus rufescentes.

D. *Tibiæ* testaceæ.

Sp. 2. APRICA *Mgn.*

DD. *Tibiæ* Nigricantes.

E. *Arista* fere ûsque prope apicem incrassata — *Abdominis* segmentum primum macrochetis duabus in dorso præditum.

Sp. 3. SYLVATICA *Fall.*

EE. *Arista* vel ad medium, vel vix ultra incrassata — *Abdominis* segmentum primum macrochetis destitutum.

Sp. 4. CURSITANS *Mihi.*

CC. *Palpi* saltem extrinsecus nigricantes.

Sp. 5. INCEDENS *Mihi.*

BB. *Scutellum* etiam apice nigricans vel griseum.

F. *Palpi* saltem extrinsecus nigri — *Abdomen* fœminæ segmento apicali non elongato-sub-acuminato.

Sp. 6. CASTA *Mihi.*

FF. *Palpi* saltem extrinsecus rufescentes — *Abdomen* fœminæ segmento ultimo elongato sub-acuminato.

Sp. 7. Caudigera *Mihi.*

---

2. CEROMASIA.

G. Setæ ocellares non distinctæ.

Sp. 8. Solivaga *Mihi.*

GG. Setæ ocellares distinctæ.

H. *Palpi* saltem extrinsecus nigri.

I. *Arista* fere usque ad apicem crassa.

K. *Vena quinta* longitudinalis a cubito ad apicem recta.

Sp. 9. Iuvenilis *Mihi.*

KK. *Vena quinta* longitudinalis supra cubitum intus incurvata.

Sp. 10. Senilis *Mgn.*

II. *Arista* circiter ad medium, non satis ultra medium crassa.

L. *Setæ orales* in genis ascendentes satis ultra apicem antennarum. *Segmenta abdominis* late cinerascentia.

Sp. 11. Virilis *Mihi.*

LL. *Setæ orales* non distincte assurgentes ultra apicem antennarum. *Abdominis* segmenta anguste ad basim cinerei fasciata.

Sp. 12. Interrupta *Macq.*

HH. *Palpi* saltem extrinsecus rufescentes.

M. *Scutellum* totum nigricans, vel grisescente-fuscum.

Sp. 13. Spinuligera *Mihi.*

MM. *Scutellum* saltem apice rufescens.

N. *Tibiæ* omnes nigræ vel nigricantes.

O. *Antennæ* basi rufescentes — *Spinula* costalis alarum valida.

Sp. 14. Achanthophora *Mihi.*

OO. *Antennæ* etiam basi nigricantes — *Spinula* costalis alarum vix distincta.

Sp. 15. Ambulans *Mihi.*

NN. *Tibiæ* magis vel minus, sed distincte testaceæ.

P. *Antennæ* etiam basi nigricantes = *Vitta* frontalis nigra.

Sp. 16. Ferruginea *Mgn.*

PP. *Antennæ* basi subtestacea — *Vitta* frontalis rufescens.

Sp. 17. Florum *Macq.* (*).

(*) V. pro specie dubia, in calce descriptionum, characteres qui eam distinguunt a congeneribus, sub N. 18, nomine *Setifacies* ecc.

Descript. et Synon.

Sp. 1. M. Gyrovaga *Mihi. Long.* (*maris*) *Mill.* 8-9 (*Fæm*) 6-7.

Species a congeneribus facile distinguenda, absentia setarum ocellarium, ut in *Solivaga* N. 8. a qua tamen satis diversa, non solum statura sat majore, et colore magis griseo, sed præsertim, absentia setarum in disco segmentorum abdominis, et seriebus frontalibus setarum non ultra radicem aristæ descendentibus, etc.

Ab ista vero vel ab aliis etiam difert.

Arista ad medium incrassata sed non usque prope apicem — *Antennis* totis etiam basi nigris — *Palpis* ad apicem rufescentibus, vel fuscorufis, alibi nigris — *Scutello* rufo-limbato — *Alarum* vena quinta longitudinali angulo aperto cubitata, et a cubito ad apicem recta — *Spinula* costali sat parva — *Pedibus* totis nigricantibus.

Corpus totum fusco-grisescens, vittis thoracis et tessellis abdominis nigricantibus — *Caput* albicans — *Vitta* frontalis picea — *Caliptera* alba etc.

Rara in agro parmensi. Legitur præsertim in collibus tempore æstivo.

Sp. 2. Aprica *Mgn. Macq.*

V. Description. in Diariis (annal. de la Soc. Entom. 1848).

Cui adde: *Antennæ* satis longæ, articulo tertio longissimo, basi et arista subrufis — *Setæ orales* parum altra apicem antennarum assurgentes — *Scutellum* apice

paulo rufescens — *Abdomen* setis discoidalibus in segmentis intermediis destitutum — *Spinula* costalis alarum subindistincta.

Corpus fusco-griseum, capite albido-grisescente, vitta frontali picea, fusco-rufescente, vel fusco-grisea.

Sat rara in collibus et planitie agri parmensis primo vere, etiam mense Martio.

Sp. 3. M. Sylvatica *Fall. Mgn. Macq. Zett.*

V. Descript. in opere Zetterstedii, optimam.

Vulgaris in agri parmensis planitie et montuosis a Majo ad Septembrem — In Pedemontio quoque legitur (Bellardi) in Insubria (Erra) in Corsica (Spinola).

Nonnulla exemplaria apud nos domi orta, ab eruca *saturniæ pyri.*

Sp. 4. M. Cursitans *Mihi.* — *Longit. Mill.* 6 (*Fœm*).

Setis ocellaribus minus elongatis et minus validis, species a congeneribus satis distincta: sed aliis etiam characteribus propriis dignoscenda, scilicet.

Caput albicans, fronte grisea, vitta intermedia nigro-opaca — *Antennæ* nigræ ad conjunctiones articulorum paulo rufescentes: articulo tertio duplo circiter longiore secundo — *Arista* paulo ultra medium incrassata — *Series* frontales setarum non ultra radicem aristæ descendentes: orales parum assurgentes — *Palpi* extrin-

secus testaceo-fusci — *Scutellum* grisescens, limbo parum et dilute rufescente — *Abdomen* basi segmentorum late grisea, limbo postico nigro-nitido — *Alarum* spinula costalis sub indistincta; vena longitudinalis quinta angulo vix aperto cubitata, et a cubito ad apicem subrecta — *Pedes* nigri — *Setæ discoidales* non adsunt in segmentis intermediis abdominis — *Caliptera* alba.

Femina tantum lecta mense Augusto, in Apennino Parmensi.

Sp. 5. M. Incedens *Mihi.* — *Long. Mill.* 7. (*Fœm*).

Caput albicans, vitta frontali nigra — *Setæ frontis* non ultra radicem aristæ descendentes: orales paucæ — *Antennarum* nigrarum articulus tertius quadruplo et ultra longior secundo: arista tenuiter et fere ad medium incrassata — *Palpi* nigri — *Corpus* griseum: abdomine obsolete fusco-tessellato, macrochetis discoidalibus destituto in segmentis intermediis: in dorso segmenti secundi marginalibus duabus instructo — *Alarum* spinula costalis sub-indistincta: vena longitudinalis quinta angulo sub-acuto flexa, et supra cubitum intus distincte incurvata: transversa exterior obliqua, triplo fere distans ab interiori, quam a cubito longitudinalis quintæ — *Pedes* nigri.

Fœmina tantum in planitie parmensi capta mense Julio.

Sp. 6. M. CASTA *Mihi.* — *Long. Mill.* 5. (*Fœm*).

Ab aliis Masiceris statim distinguenda, albedine segmentorum duorum apicalium, lata et sat manifesta: præterea *Caput* albidi nitens, fronte fusca, vitta nigro-picea — *Setæ* frontales non ultra radicem aristæ descendentes: orales breviter assurgentes — *Antennarum* nigrarum articulus tertius duplo et paulo ùltra longior secundo: arista ad basim breviter incrassata — *Palpi* nigri — *Corpus* nigro-nitens, *thorace*, et scutello parum grisescentibus; abdomine segmentis duobus ultìmis latissime et distincte albicantibus — *Setæ* discoidales non manifestæ in segmentis intermediis abdominis — *Alarum* spinula costalis sub-indistincta: vena quinta longitudinalis angulo rubrotundato cubitata, et supra cubitum intus manifeste incurvata — *Pedes* nigri.

Fæmina tantum lecta in collibus agri parmensis.

Sp. 7. M. CAUDIGERA *Mihi.* — *Long. Mill.* 5. (*Fœm*).

A fæminis congeneribus facillime dignoscenda: *Abdomine* segmentis tribus primis satis brevibus, et apicali satis elongato, sub-acuminato, et flexo. Alii vero speciei characteres sunt.

Antennæ nigræ: *Arista* ultra medium tenuiter incrassata — *Setæ* frontales non ultra radicem aristæ descendentes — *Palpi* ad apicem testacei, intus nigri — *Vitta frontalis* piceo-rufescens — *Scutellum* totum nigricante-grisescens — *Setæ* discoidales nullæ in segmentis inter-

mediis abdominis — *Alarum* spinula costalis subindistincta: vena longitudinalis quinta angulo aperto cubitata, inde recta usque ad apicem — Pedes nigri.

Semel capta fæmina in collibus ditionis parmensis.

Sp. 8. M. Solivaga *Mihi.* — *Long. Mill.* 5.

Setis ocellaribus destituta, ut species *Gyrovaga* N. 1. a qua tamen valde diversa, et difert ab illa et ab aliis congeneribus, *Setis* frontalibus ultra radicem aristæ distincte in genis descendentibus — *Palpis* in medio piceis, nigris summo apice — *Arista* ad medium et tenuiter incrassata — *Scutello* toto etiam postice nigro-grisescente: *Abdomine* setis discoidalibus nonnullis distinctioribus prædito, quamvis non satis validis — *Vena* longitudinali quinta, angulo recto cubitata, et supra cubitum intus incurvata. Alii characteres speciei sunt.

Antennæ nigræ articulo tertio circiter trilongiore secundo — *Setæ* orales breviter assurgentes — *Spinula* costalis alarum subindistincta — *Vena* transversa exterior subrecta, brevior distantia a cubito quintæ longitudinalis — *Caliptera* albida, squamis fusco-limbatis — *Pedes* nigri.

(Nota) *Oculi* ed lentem validam paulo puberuli observantur sed sic breviter, ut melius *Masiceris*, quam *Exoristis* speciem referendam esse credam.

Masculum tantum legi mense Julio, in planitie prope Parmam.

Sp. 9. M. Iuvenilis *Mihi.* — *Long Mill.* 5.

Habitu similis Sp. *Senilis* Meigenii, sed statura minore et corpore minus griseo sed magis nigro-nitido etiam aspectu diversa: sed præcipue distincta, *Vena* longitudinali quinta a cubito ad apicem recta, non intus incurvata, et *Setis* oralibus minus in genis ascendentibus etc. — Alii characteres speciei sunt.

Facies inclinata, albo-grisea, — *Vitta* frontalis nigra, — *Antennarum* nigrarum, articulus tertius valde longior secundo — *Arista* fere usque prope apicem crassa — *Alarum* spinula costalis subnulla: venæ quintæ cubitus angulum late apertum efficiens — *Abdomen* setis discoidalibus distinctioribus munitum — *Caliptera* alba — *Pedes* nigri: Maris *pulvilli* et *unci* vix longiores.

Uterque sexus inventus in collibus agri parmensis, et in planitie, mensibus Majo et Junio.

Sp. 10. M. Senilis *Mgn Rndn.*
Myoidea? *Desv. Macq*

V. Descript. in op. Meigenii Vol. 7. in qua fæmina. tantum descripta, ut etiam in Macquartii diagnosi videtur: sed facilius mares speciei cum fæminis ab auctoribus confusi fuerunt, quia uterque sexus pulvillos et uncos tarsorum subæque breves possident: tamen exemplaria mascula non egre distinguenda, setis frontalibus nullis antice incurvatis, exceptis ocellaribus: abdominis tume-

scentia apicali, et etiam antennarum articulo tertio sat latiore.

Seta antennarum fere usque ad apicem incrassata a sequente *Virili* præcipue diversa, sed etiam aliis characteribus, ut in diagnosibus.

Fæminæ varietatem possideo, vena quinta longitudinali supra cubitum late interrupta in utraque ala.

Variat satis magnitudine, et aristæ crassities aliquando minus longa.

Non rara in agri parmensis collibus et planitie, præsertim tempore autumnali.

Sp. 11. M. Virilis *Mihi*! *Long. Mill.* 8.

Caput grisescens, vitta frontali nigra, vel nigro-picea — *Antennarum* nigrarum articulus secundus, in mare circiter duplo brevior tertio, in fæmina minus brevior. — *Arista* non ad medium incrassata — *Setæ* frontales non ultra radicem aristæ descendentes, orales parum assurgentes — *Genæ* planæ non sulcatæ — *Palpi* nigri — *Peristomium* sub-oculos distincte productum et setosum — *Corpus* nigrum, leviter cinerascens: Abdomine dilute griseo-cinereo, limbo postico segmentorum, vitta dorsuali, et tessellis nigricante-nitidis — *Setæ* discoidales adsunt in segmentis intermediis abdominis, in mare plures — *Alarum* spinula costalis parva sed distincta: vena longitudinalis quinta angulo aperto cubitata, et a cubito ad apicem recta: transversa exterior, in mare duplo, in fæmina magis di-

stans ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis — *Pedes* nigri, setosissimi, pulvillis et uncis, in mare longioribus:

Rarissima in planitie et collibus agri parmensis a majo ad Julium.

Sp. 12. M. INTERRUPTA *Macq.*

V. Descript. ejusdem auctor. in Annal. Societ. Entom. 1850, cui adde.

Genæ sulco impressæ, non planæ ut in affinibus *Iuvenili Virili* et *Senili* — *Series* frontales setarum non ultra radicem aristæ descendentes; orales brevissimæ — *Scutellum* nigrum paulo grisescens — *Alarum* spinula costalis sub-indistincta: venula transversa exterior duplo et ultra distans ab interiori, quam a cubito quintæ longitudinalis — *Pulvilli* et *unci* tarsorum in masculis longiores.

Mares duo possideo quorum primus a Pedemontio missus olim a Clar Genéo: secundus nuper ab Etruria acceptus a Doct. Piccioli, in quo specimine vittæ albicantes abdominis minus angustæ.

Sp. 13. M. SPINULIGERA *Mihi.* — *Long.* (*Maris*) *Mill.* 6-8 (*Fœm*) 5-7.

Antennarum nigrarum articulus tertius duplo circiter longior secundo: arista non usque ad medium incrassata —

Setæ frontis non descendentes ultra radicem aristæ — *Palpi* lutescentes — *Vitta* frontalis atra — *Thorax* nigro-nitens, parum cinerei vittatus — *Scutellum* nigrum, cinerei adspersum — *Abdomen* nigro-nitidum, basi segmentorum paulo sed late cinerascente vel grisea: setis discoidalibus paucis sed distinctis in dorso segmentorum intermediorum præditum — *Alarum* spinula costalis valida: vena quinta longitudinalis angulo aperto cubitata, et a cubito ad apicem subrecta — *Pedes* nigri — *Caliptera* albida.

Frequens a Majo ad Octobrem in toto agro parmensi.

Sp. 14. M. Achanthòphora *Mihi*. — *Long Mill.* 9 (*Mas*).

Palpi testacei, ad apicem nigricantes — *Antennæ* nigræ primis articulis rufescentibus — *Vitta* frontalis fusco-rufa — *Arista* ad medium circiter incrassata — *Scutellum* apice paulo rufescente — A*larum* spinula costalis sat valida — *Abdomen* setis aliquibus discoidalibus instructum — *Caliptera* alba — *Vena quinta* longitudinalis angulo aperto cubitata, a cubito ad apicem subrecta — *Pedes* nigri, pulvillis tarsorum modice elongatis.

Color corporis grisescens, tessellis abdominis et vittis thoracis paulo nigricantibus.

Habitus Gen. *Myobiæ* a quo difert præcipue vena quinta longitudinali angulatim certe cubitata.

Marem unicum possideo in Corsica lectum, et a Clar Spinola olim missum.

Sp. 15. M Ambulans *Mihi* — *Longit.* (*Maris*) *Mill.* 9.

Cinerascens vitta frontali, antennis, pedibus, lineis quatuor thoracis, segmento primo abdominis, et limbo postico segmentorum sequentium nigris — *Antennarum* articulus tertius quintuplo et ultra longior præcedente; — *Arista* ad medium circiter incrassata — *Setæ* frontales in series duplicatas usque ad radicem aristæ descendentes: orales exteriores satis exiliores parum in carinis facialibus assurgentes — *Palpi* testacei — *Scutellum* apice paulo rufescente — *Caliptera* alba — *Abdomen* olivaceo-subtessellatum et setis validioribus discoidalibus præditum in segmentis intermediis — *Alarum* spinula costalis sub-indistincta: vena quinta longitudinalis a cubito ad apicem subrecta: transversa exterior sinuosa — *Pulvilli* et *unci* tarsorum elongati.

Marem tantum legi mense majo in collibus ditionis parmensis.

Sp. 16. M. Ferruginea *Mgn. Macq:*

Diagnosibus auctorum adde:

Caput albido-flavicans — *Antennarum* nigrarum articulus tertius valde elongatus — Setæ frontales non ultra radicem aristæ descendentes — *Vitta* frontalis picea — *Peristomium* sub oculos paulo productum — *Scutellum* late rufum — *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis discoidalibus prædita, in mare pluribus — *Alarum* spinula costalis sub-indistincta — *Anus* marium porrectus subrotundatus, nigro-nitidus —

Tarsi pulvillis et uncis in mare modice longioribus.
Rarissimo in parmensi Apennino lecta tempore æstivo.

Sp. 17. M. Florum *Macq.*

V. Descript. in Annal. Soc. Entom. Galliæ 1850, cui adde.

Abdomen setis discoidalibus in fæmina duabus in dorso segmentorum intermediorum — *Setæ frontales* ultra radicem aristæ descendentes — *Spinula* costalis alarum brevis sed distincta — *Vena* longitudinalis quinta angulo aperto cubitata etc.

Maris Macquartio ignoti, genitalia porrecta, nigro-nitida — *Setæ discoidales* in segmentis intermediis abdominis plures: *Pulvilli* et *unci* tarsorum longiores etc.

Non frequens in agro parmensi a Majo ad Octobrem.

Sp. 18. M. Setifacies *Mihi* — *Long. Mill.* 5-6.

(Nota) Dubitanter *Masiceris* adjecta quia oculos ad lentem pubescentes præbet circiter un in aliqua *Exorista*: ex gr. *Festinante* auctorum: sed a speciebus utriusque generis statim distinguenda, genis sparsim sed distincte setosis — Alii characteres speciei sunt.

Maris Antennarum articulus tertius triplo circiter longior secundo — *Arista* tenuiter ad medium circiter incrassata — *Series* orales setarum breves: frontales ad radicem aristæ descendentes — *Genæ* inordinatim

setosæ — *Vitta* frontalis fusco-rufa — *Palpi* testacei — *Corpus* griseum, vittis quatuor thoracis, et una dorsuali abdominis nigricantibus: abdominis dorsum setulis hirtum, sed discoidalibus distinctioribus nullis — *Alarum* spinula costalis subnulla: vena quinta longitudinalis a cubito ad apicem subrecta — Pedes nigri.

Fœm. Antennæ breviores, articulo secundo sæpe fusco-rufo.

Non frequens in agro parmensi, præsertim mensibus Julio et Augusto.

Genus 42. ROESELIA (a) *Desv. Macq. Mgn. Rndn.*
Phrino *Desv.* — **Tachina** *Fall. Mgn. Zett. Walk.*
Eurigaster *Macq.*

Charact. Gener. (1).

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus distantes — *Antennæ* fere supra oculos insertæ, articulo ultimo sextuplo circiter

(a) *Roeseliæ* vocabulum pro genere *Lepidopt.* 1829 Hübner proposuit, et si hoc nomen adoptatum, tunc istud *Dipterorum* muta in Racodineura Mihi.

(1) Reformati ut speciem nuper inventam genus includat, et ut melius ab affinibus distinctum sit.

longiore secundo — *Series* frontales setarum ad radicem aristæ descendentes: orales circiter ad medium faciei as. surgentes: frontales in utroque sexu series quatuor con stituentes, setis exterioribus antice incurvatis — Alarum vena transversa exterior circiter æquidistans ab interiori et a cubito longitudinalis quintæ: ista angulo subrotundato flexa, et ejusdem cubito magis proximo apici alarum quam venulæ transversæ interiori — *Pulvilli* et unci tarsorum in utroque sexu parvi.

SPECIES ITALICÆ

A. *Pedes* toti fulvescentes — *Setæ* abdominis longitudine ordinaria.

Sp. 1. PALLIPES *Fall.*

AA. *Pedes* toti nigricante picei — *Setæ* abdominis brevissimæ.

Sp. 2, YPONOMEUTÆ *Mihi.*

Observ. et Synon.

Sp. 1. R. PALLIPES *Fall. Mgn. Zett. Walk.*

ANTIQUA *Mgn. Macq. Zett. Rndn. Walk.* — AGILIS *Desv. et aliæ pseudo-species ejusd. auct.*

V. Descript. *Pallipedis* et *Antiquæ* in op. Zetterstedtii unicæ fallenianæ referendæ facilius nam earum distinctio cha-

racteribus innititur parvi pretii, quales sunt, vena qninta longitudinalis in una interrupta in altera non aut vix; et series orales setarum minus vel magis in genis assurgentes.

Quæ notæ distinctivæ infirmæ quia instabiles, quod facile videtur exemplaria diversa observando, in quibus setæ orales nunc magis nunc minus, nunc parum, nunc satis assurgunt, et venæ quintæ interruptio aliquando nulla, aliquando parum et aliquando satis lata, et etiam non raro differentiæ istæ in alis ejusdem individui notantur.

Mares a fæminis egre distincti sunt, et ani structura, melius quam aliis characteribus dignoscendi.

Frequens in agro parmensi ab Aprile ad Septembrem.

Sp. 2. R. Yponomeutæ *Mihi* — *Long.* ♀ *Mill.* 5.

Antennarum articulus tertius quintuplo fere longior secundo, isto rufo — *Arista* incrassata prope apicem usque — *Palpi* lutei — *Series frontales* setarum usque ed radicem aristæ descendentes: *orales* ad tertium circiter genarum assurgentes — *Scutellum* extrinsecus late rufescens — *Caliptera* subflavida — *Abdomen* nigro-nitens, vittis angustis albicantibus ad basim segmentorum: setis discoidalibus et marginalibus plurimis et satis brevibus instructum — *Alarum* vena quinta longitudinalis, supra cubitum nec interrupta, nec semispuria — *Pedes* nigro-picei.

Orta ex pupis *Yponomeutæ cognatellæ* Dup.

Quamvis mas speciei ignotus tamen characteres alarum, capitis etc. vetant ne aliis generibus eam adscribam. Nisi hic, ubi melius?

Genus 43. FRONTINA *Mgn. Macq. Rndn.*

Tachina *Mgn. Zett.*

Metopia. Phorocera Masicera *Macq.* -

Latreillia *Desv.*

Baumhaueria *Mgn. ?. Zett.*

Charact. Gener.

Oculi nudi — *Antennarum* articulus tertius sæpe longissimus, raro trilongior tantum secundo — *Series frontales* setarum ad radicem aristæ, et non ultra descendentes: *orales* valde, aut saltem ultra medium faciei assurgentes — *Alarum* vena transversa exterior, satis distans ab interiori, et proxima cubito qnintæ longitudinalis: isto neque apparenter appendiculato, rarissimo appendicula instructo brevissima, non spuria in aliquo specimine abnorme.

(Nota) In hoc genere etiam illud **Baumauheriæ** includo si integrum servatur, cum omnibus speciebus hic et nunc eodem adscriptis, nam Sp. typica *Baumauheriæ* a *Frontinis* tantum difert, genis setulosis et latiusculis: quæ nota distinctiva, si generica existimatur, tunc alia genera condenda, pro aliis *frontinis* Meigenii, distinctis, ut puto, characteribus majoris momenti: ideo sic interim genus istud in aliis divisum propono.

A. *Vena quinta* longitudinalis alarum arcuatim, non angulatim flexa — *Abdominis* segmentum ultimum, serie unica setarum subapicali marginatum, et aliqua tantum discoidali, non setis totum hirtum.

Gen. 43. (a) **Vibrissina** *Mihi.*

Sp. Typ: Tach: Demissa *Mgn.*

AA. *Vena longitudinalis* quinta angulatim, non arcuatim flexa — *Abdomen*, segmento ultimo setis toto hirto.

B. *Peristomium* sub oculos sat productum, longitudine circiter dimidia oculorum — *Arista* fere usque ad apicem distincte incrassata.

C. *Antennarum* articulus ultimus longissimus, octies circiter longior secundo — *Arista* longitudine subæqualis articulo tertio antennarum — Alarum *Spinula* costalis subindistincta.

D. *Genæ* nudæ.

Gen. 43. (b) **Frontina** *Mgn.*

Sp. Typ. Tach. Marmorata *Fabr.*

DD. *Genæ* setulis hirtæ.

Gen. 43. (c) **Baumauheria** *Mgn.*

Sp. Typ. T. Goniæformis *Mgn.*

CC. *Antennarum* articulus tertius, triplo circiter longior secundo — *Arista* satis brevior articulo tertio antennarum — Alarum Spinula costalis, sat valida.

Gen. 43. (d) **Brachicheta** *Mihi.*

Sp. Typ. nova B. Spinigera *Mihi.*

BB. *Peristomium* sub oculos non satis productum — *Arista* breviter ad basim, vel non usque ad medium incrassata.

Gen. 43. (e) **Prosopèa** *Mihi.*

Sp. Typ. nova P. Instabilis *Mihi.*

Species Italicæ

Gen. 43. (a) **VIBRISSINA** *Mihi.*

Frontina *Mgn.*

Vib - Sp. unica *Fr. Sp.* 1 Demissa *Mgn.*

Gen. 43 (b) **FRONTINA** *Mgn. Macq. Rndn.*

Tachina *Fabr. Fall. Mgn. Maq. Zett. Walk.*

A. *Abdomen* fulvo-subtranslucidum, vitta dorsuali et apice nigricantibus.

Fr. Sp. 2. Læta *Wiedm.*

AA. *Abdomen* nigrum, grisei adspersum, et fusco-tessellatum.
Fr. Sp. 3. Marmorata *Fabr.*

---

1) Gen. 43. (d) **BRACHICHETA** *Rndn.*
Sp. unica — Fr. Sp. 4. Spinigera *Mihi.*

Gen. 43. (e) **PROSOPÊA** *Rndn.*

A. *Vena quarta* longitudinalis alarum vix ad radicem setulis aliquibus prædita.
Fr. Sp. 5. Instabilis *Mihi.*

AA. *Vena quarta* longitudinalis, a radice usque ad transversam anteriorem circiter setulosa.
Sp. Fr. 6. Fugax. *Mihi.*

Sp. 1. F. Demissa *Mgn. Rndn.*

V. Descript. in op. Meigenii. 7. cui adde.

Palpi lutei — Peristomium sub oculos distincte productum, tamen, brevius medietate oculorum — Alarum *vena quinta* longitudinalis arcuatim flexa: transversa exterior paulo magis distans ab interiori, quam a cubito quintæ longitudinalis — *Abdominis* segmentum ultimum serie setarum marginali, et nonnullis setis discoidalibus præditum, non late setis hirtum.

Sp. 2. F. Læta *Wdm. Mgn. Macq. Walk.*

---

(1) Sp. Typ. Gen. *Baumauheriæ* nondum in Italia capta inde hic neglecta.

LÆTABILIS *Zett.* — TESTACEA *Desv. Macq.*

V. Descript. Macquartii in Ann: Soc: Ent 1860.

Specimen utriusque sexus possideo, dono Doct. Schiner Windobonensis, qui exemplaria aliqua speciei prope Tergestum legit.

Sp. 3. F. MARMORATA *Fabr.*

VERTICINOSA *Fall. Mgn. Macq. Zett.*

V. descript: in op: Zetterstedtii. cui adde.

Abdomen setis discoidalibus validiusculis præditum, in dorso segmentorum intermediorum.

Unicum exemplar collectionis meæ olim Clar. Genéus misit absque nomine, et patriæ indicatione.

An Pedemontanum?

Sp. 4. F. SPINIGERA *Mihi* — *Long.* ♀ *Mill.* 6.

Genœ albido-griseœ — *Frons* grisescens vitta latissima nigricante — *Series frontales* setarum vix ad radicem aristæ descendentes: *orales* in genis, fere usque ad originem arìstæ assurgentes — *Antennarum* articulus tertius, triplo circiter longior secundo, isto rufescente — *Arista* brevior distincte articulo tertio antennarum et fere tota incrassata — *Palpi* rufi, crassiusculi — *Peristomium* sub oculos productum, longitudine circiter dimidia oculorum — *Thorax* cum *Scutello* nigricans, paulo grisescens — *Abdomen* nigrum

nitidum grisei adspersum, præsertim ad basim segmentorum — *Setæ* validiores *discoidales* adsunt in dorso segmentorum intermediorum — *Spinula costalis* alarum validissima, et erecta. — *Vena* transversa exterior, non duplo distans ab interiori, quam a cubito quintæ longitudinalis — *Cubitus* (in exemplare nostro) appendicula brevissima, non spuria, sed facilius, accidentaliter instructus. — *Pedes* nigri.

Semel capta fæmina in Apennino parmensi tempore æstivo.

Sp. 5. F. Instabilis *Mihi. Long. Mill.* 6-8. Mas. et Fœm.

Nigra, paulo cinerascens — *Caput* albicans, vitta frontali nigra, vel nigricante, orbitis angustior — *Palpi* nigri — *Antennæ* nigræ articulo tertio, in mare circiter sextuplo, in fæmina quadruplo longiore secundo *Arista* non ad medium incrassata — *Scutellum* nigrum, grisescens, apice aliquando paulo rufescente — *Abdomen* leviter griseo-albicans, segmento primo, limbo postico sequentium, et tessellis nigro-nitidis — *Setæ discoidales* in segmentis intermediis, vel nullæ, vel vix aliqua distinctiore — Alarum *Spinula* costalis sub-indistincta: *vena quarta* longitudinali, ad radicem, setulis 2-3 instructa: *quinta* angulatim flexa; *transversa* exteriore satis distante ab interiore, et proxima cubito longitudinalis quintæ — *Calиptera* alba — *Pedes* nigri.

Vulgaris in planitie parmensi a majo ad septembrem: in Insubria quoque lecta a Comite D' arco, prope Mantuam.

Sp. 6. F. FUGAX *Miki-Longit.* ♀ *Mill. fere* 5.

Similis et proxima *Instabili*, a qua vero statim distinguenda, *vena quarta* longitudinali, a radice usque ad transversam anteriorem, superne setulosa — Præterea in *fugacis* exemplare nostro, *statura* minor; *vena transversa* exterior magis distans ab interiori: et cubitus *venæ quintæ* longitudinalis, appendicula exigua præditus (facilius fortuita).

Unicum individuum fæmineum in collectione D. Mussimo inveni, in Liguria, vel in Pedemontio captum.

Genus 44. DEGEERIA (*) *Mgn.* 1838 *Macq. Rndn.*
TACHINA *Fall. Mgn. Zett.*
METOPIA *Macq. p.* (**).

CHARACT. GENER.

Oculi nudi — *Setæ frontales* ad radicem *aristæ* circiter descendentes: *orales* sæpe ultra medium, aut saltem ad medium faciei assurgentes — *Antennarum* articulus ultimus trilongior vel quadrilongior secundo — Alarum *vena quinta* longitudinalis arcuatim. non angulatim flexa; a curvatura ad apicem. nec interrupta, nec exilissima et semispuria. — *transversa exterior* fere æquidistans ab interiori, et a curvatura venæ quintæ, aut distantia ab interiori parum major. — *Abdominis* segmentum ultimum setis plurimis præditum, non serie unica setarum apicali.

(*) *Degeeriæ* Nicol., in *Thisanuris* propositum 1841 nomen mutandum in *Entomobrya*.

(*) Post *Frontinas* et ante Degeerias, pone Genus *Peteina* Meig.

Species Italicæ.

A. *Palpi* testacei, vel rufescentes, saltem extrinsecus.

B. *Series orales* setarum, non satis ultra medium faciei assurgentes.

C. *Spinula costalis* validiuscula — Latera *frontis* non angustiora vitta intermedia modice lata.

1. Strigata *Mgn.*

CC. *Spinula costalis* satis parva — Latera *frontis* satis angustiora vitta intermedia, latissima.

2. Muscaria *Fall.*

BB. *Setæ orales*, valde et fere usque ad basim antennarum assurgentes.

3. Turrita *Mgn.*

AA. *Palpi* nigri, vel nigricantes.

D. *Halteres* flavidi, vel pallidi.

---

si ejusdem species typica in Italia legitur.

In ordinatione Prodromi, locum habebit ante sectionem *S*, in *subsectione* propria, sic denotanda.

(*) *Setæ frontales*. aliquæ in genis descendentes, circiter usque ad apicem antennarum — *Abdominis* segmenta omnia, macrochetis superne omnino cincta etc.

Spec Typ. Musca Erinaceus Fabr.

*) (*) *Setæ frontales*. non satis ultra apicem articuli secundi antenarum descendentes - *Abdominis* segmenta basalia setis non omnino cincta superne.

t. *Macrochetæ* aliquæ etc.

E. Cubitus *venæ quintæ* longitudinalis, fere æquidistans a margine alarum, et a vena transversa exteriori.

Sp. 4. DEXIARIA *Mihi*.

EE. Cubitus *venæ quintæ* longitudinalis satis proximus margini alarum, et distans a vena transversa exteriori.

Sp. 5. COLLARIS *Fall*.

F. *Series orales* setarum ultra medium faciei distincte ascendentes.

G. *Abdomen* utrinsque sexus incisuris segmentorum albicantibus — *Tarsorum* anticorum (in fæmina) articuli tres intermedii, unusquisque vix longior sequente.

Sp. 6. TRAGICA *Mgn*.

GG. *Abdomen* segmentis unicoloribus nigro-nitidis — *Tarsorum* anticorum fæminæ, articuli intermedii, unusquisque fere trilongior sequente.

Sp. 7. SEPARATA *Mgn*.

FF. *Series orales* setarum vix ad medium faciei assurgentes.

Sp. 8. PULCHELLA *Mgn*. (*)

(*) NOTA — Deg. *Fasciata* Macq: *Albocingulatæ* Fallenii referenda non Meigenii, cujus species nomine distincta *Albocingulata* diversa est a Falleniana, *palpis* nigris, et aliis notis, V. Zetterstedt.

Inde Sp. Maigenii nomine distincto nuncupanda, et specierum istarum synonimia sic reformanda.

Deg. *Albocingulata* Fall. (non Mgn.) — *Fasciata* Macq. Deg. *Anthomyaria* Mihi *Albocingulata* Mgn. (non Fall.)

Observat. et Synon.

Sp. 1. D. STRIGATA *Mgn. Macq.*

V. Descript. Macquartii in Diariis soc, Ent. Galliæ 1851 cui adde.

Vitta frontalis mediocriter lata, saltem in fæmina frontis lateribus angustior — *Halteres* lutescentes.

Raro lecta mense majo in agro parmensi.

Sp. 2. D. MUSCARIA *Fall.* (Mas et Fæm) *Mgn. Zett Macq.*
INFUSCATA *Fall.* ♀

V. Descr. Zetterstedtii, cui adde.

Halteres lutescentes. *Setœ discoidales* adsunt in segmentis intermediis.

(Nota) In Diagnosibus Meigenii et Macquarti fæminam speciei, latera rufescentia abdominis præbere dicitur, sed Clar: Zetterstedtius de hac nota non loquitur, et ego eam non vidi in exemplare a me observato, inde constantem non esse apparet.

Unicum specimen fæmineum collectionis meæ olim a clar De Cristofori Mediolanensi missum, cum aliis insectis patriæ indicatione nulla; quare dubitanter speciebus Italicis adscribenda.

Sp. 3. D. TURRITA Mgn.

V. Descr. ejusdem auctoris, cui adde.

Arista in parte incrassata paulo rufescens — *Abdominis* latera non rufescentia; segmenta intermedia setis discoidalibus prædita — *Halteres* lutescentes.

Similis duabus præcedentibus sed ab utraque diversa, præcipue, setis oralibus fere usque ad basim antennarum assurgentibus: a *Strigata* vero difert etiam *Spinula* vix distinguenda, et a *Muscaria, vitta* frontali latitudine mediocri, et orbitis non satis angustis.

A Majo ad Julium in planitie et collibus agri parmensis, non frequenter legitur.

Sp. 4. D. Dexiaria *Mihi. Long.* ♀ *Mill.* 8.

Palpi nigri — *Setæ orales* circiter usque ad originem aristæ ascendentes; *arista* vix incrassata — *Facies*, et frons albicantes, vitta frontali nigra — *Thorax* cinerascens nigro-lineatus — *Scutellum* grisescens, vitta intermedia nigricante — *Abdomen* segmento primo toto, reliquis medietate apicali nigro-nitidis, basali griseo-cinereis — *Pedes* nigri — *Alæ* Spinula costali subnulla: curvatura venæ quintæ longitudinalis, fere æqnidistans a margine alari, et a venula transversa exteriori; ista extra medium sita areolæ antepositæ. *Halteres* lutescentes — *Caliptera* luride albicantia vel fusco flavida.

Mense Junio fœminas non nullas lègi in collìbus agri parmensis.

Sp. 5. D Collaris *Fall. Mgn. Macq. Zett. Rndn.*
Ornata *Mg. Mcq. Zett.*

V. Descriptiones Zetterstedtii *Collaris* et *Ornatæ* quibus adde.

Halteres lutescentes-

Variat. 1.° *Vena transversa exteriori*, nunc magis, nunc minus sinuosa et obliqua, nunc subrecta

2 *Vena quinta longitudinali*, a curvatura ad apicem, nunc parum, nunc magis incurvata.

3 *Vena sexta longitudinali*, nunc usque ad marginem alœ ducta et perfecta, nunc ad apicem plus minusve abbreviata, vel spuria; inde.

Sp. Ornata *Mgn. et Zett.*

4 *Calipteris* nunc albicantibus, nunc flavidis; inde.

Sp. Ornata *Macq.*

A Junio ad septembrem legitur, non frequenter in planitie et collibus ditionis Parmensis — In Insubria quoque capta a D.° *Sanvito;* et in Etruria a D.ᵉ Piccioli.

S. 6. D. Tragica *Mgn. Macq.*

V. Diagnos. Meigenii, cui adde.

Halteres nigricantes — *Setæ orales* ultra medium faciei manifeste assurgentes — *Abdominis* segmenta intermedia, setis discoidalibus instructa; omniä nigra-nitida unicoloria — *Tarsorum* anticorum articuli tres intermedii fere sub æque breves.

Rarissimo tempore æstivo in collibus legi agri parmensis, fœminas tantum.

S. 7. D. Separata *Mgn. Macq.*

V. Descr. in Annal. Soc. Entom: Galliæ 1851, cui adde.

: *Halteres* nigricantes — *Tarsorum* anticorum articuli tres intermedii, unusquisque fere bilongìor sequente

Fœminam tantum observavi, olim a Pedemontio missam a Prof. Genèo.

Sp. 8. D. Pulchella *Mgn. Macq.* ♀

V. descript. in opere Meigenii, cui adde·

Halteres nigricantes — *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis discoidalibus prædita.

Marem speciei ignotum auctoribus possidere credo, distinctum a fœmina, præter characteres sexuales, *calipteris* fuscescentibus;

Mas iste difert a Deg: *Pygmea* Macq: *Setis oralibus* non ultra medium faciei assurgentibus, *arista* ad medium usque incrassata, *vena* quinta longitudinali a cubito ad apicem recta; *transversa* exteriori non sinuosa etc.

Nisi aristam usque ad medium incrassatam specimen nostrum præberet, sexum alterum crederem D. *Minutæ* Macq.

Rarissimo legìtur mensibus Majo et Junio in planitie agri parmensis.

Genus 45 (*a*) **MYOBIA** *Desv.* 1830 (*) *Macq. Mgn: Rndn.*
Tachina *Fall. Mgn. Zett. Walk.*
Graosomæ *Desv.* (*p*).

Charact. Gener.

Series frontales setarum ad apicem sub æque distantes ab oculis et carinis facialibus, nisi ab oculis magis remotæ — *Oculi* nudi — *Antennæ* supra medium oculorum distincte insertæ, articulo tertio duplo longior præcedente - *Arista* articulo penultimo non manifeste longiusculo — *Setæ frontales* apicem articuli secundi antennarum, vel saltem ultra primum descendentes; maris series duas, fœminæ series quatuor constituentes — *Setæ* orales paucæ: vel satis distantes a medio facei — *Vibrissæ* contra marginem superum oris et non longe ad ore insertæ — *Proboscis* non distincte producta ultra epistomium — *Palpi* crassi, longiusculi — *Vena quinta* longitudinalis arcuatim vel subarcuatim flexa — *Abdominis* segmenta intermedia setis discoidalibus et marginalibus erectis prædita: segmentum ultimum setis plurimis instructum, non in serie unica subapicali ordinatis — *Pulvilli* et *Onichii* in mare distitncte majores (*) (*).

Species italicæ

A *Vena quarta* longitudinalis, vix ad radicem, setulis ali-

(*) Gen. *Arachn:* Heyd: 1826. si adoptatum, muta istud dipterorum in *Anthoica* Mihi. V. pag. 8

(*) (*) Characteres hic enumerati, vetant, cum Myobiis confundere, Genus *Fabricæ* Meigenii, et *Tachinam Plebejam*

quibus prædita, non usque ad transversam exteriorem setulosa.

B. *Halteres* nigri — *Corpus* atrum.

1. Atra *mihi.*

BB. *Halteres* lutescentes — *Corpus* griseum.

C. *Palpi* nigricantes vel picei in utroque sexu — (Maris,

Fallenii, qua genus *Demoticum* Macquartius efformavit, nec non Species aliquas generi meo *Pyrrosiæ* referendas; inde sic *Myobiæ* generice subdividendæ.

A. *Aristæ* articulus penultimus non distincte alongatus — *Setæ* frontales maris in series duas, fæminæ in series quatuor dispositæ — *Pulvilli* et *Onychii* tarsorum in mare distincte majores.

B. *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis discoidalibus instructa.

Gdn: 45. (*a*) Myobia Desv.

BB. *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis discoidalibus destituta.

C. *Antennæ* supra medium, oculorum insertæ — *Abdominis*. segmentum ultimum setis pluribus non validis et non in serie unica subapicali dispositis.

Gen: 45. (*b*) { Viviana Mihi.
(Fabricia Mgn. (non Desv.)

CC. *Antennæ* contra, non distincte supra medium oculorum insertæ — *Setæ* segmenti ultimi abdominis paucæ validiusculæ et in serie unica sub-apicali dispositæ (præter anales).

Gen: 48. Pyrrosia Rndn.

AA. *Aristæ* articulus penultimus distincte elongatus — *Setæ* frontales in utroque sexu series quatuor constituentes — *Pulvilli* et *Onychii* maris parvi fere ut in fœmina.

Gen: 45. *(c)* Demoticus Macq:

abdomen lateribus non rufescentibus — (Maris et fæminœ) *vitta* frontalis nigra vel picea.

2. Vetusta *Meig.*

CC. *Palpi* rufescentes in utroque sexu — *Abdominis* latera plus minusve in mare rufescentia.

3. Ructina *Mihi.*

AA. *Vena quarta* longitudinalis setulosa circiter usque ad transversam anteriorem, aut saltem contra spinulam costalem.

B. *Vena quarta* tantum setulis pluribus prædita.

4. Glirina *Mihi.*

DD. Venæ secunda, quarta, et sexta setulis pluribus instructæ.

5. Discreta Mihi.

Observat: et Synon:

Sp. 1. Atra *Mihi. Long. fœm. Mill.* 4-5.

Atra nitida, *genis* et *epistomio* albido-nitentibus, vitta frontali nigro-picea — *Thorace,* præsertim ad humeros paulo cinerascente — *Antennarum* articulus tertius circiter bilongior præcedente — *Palpi* nigricantes — *Arista* ad medium circiter incrassata — *Abdomen* segmentis tribus, ad basim, dilute grisei fasciatis — *Caliptera* albida — *Halteres* nigricantes — *Alœ* spinula marginali validiuscula: venula transversa anteriore contra apicem secundæ longitudinalis sita: tran-

sversa exteriore recta et parum extra medium ab interiori ad cubitum quintæ longitudinalis locata: quarta longitudinali, vix setula aliqua ad radicem instructa — *Pedes* nigri.

Rarissimo lecta fæmina mense Majo in collibus ditionis parmensis.

Sp. 2. M Vetusta *Meig*: (*non Macq.*)

V. Diagnos: fæminæ in op: Meigenii, cui adde.

Palpi nigricantes *Vitta frontalis* nigra, vel nigro picea — *Arista* non ad medium et parum incrassata — *Scutellum* apice plus minusve testacem — *Abdomen* fusco tessellatum, neque in maribus ad latera rufescens. — *Halteres* palilde lutei — *Spinula costalis*, (in illesis) ad est, distincta. — *Vena transversa* exterior satis distans ab interiori, ista ante, et non contra apicem sita secundæ longitudinalis: *quarta* longitudinalis setulis 4-5 ad radiciem instructa.

Raro legitur, mensibus Majo et Junio in planitie et collibus agri parmensis: etiam in Etruria capta a Doct. Piccioli, a quo copulam accepi.

A Tach. *Vetusta* Macq: difert.

Antennarum articulo secundo vix duplo breviore tertio — *Arista* non ultra medium incrassata — *Vena transversa* exteriore valde proxima curvaturæ quintæ longitudinalis, etc.

Inde Sp. Macquartii nomine diverso nuncupanda, et eam apello M. *Nupera* mihi.

---

p. 3. M. Ryctina *Rndn. et Macq.* (*in litteris*)
Long. (mar: et fœm.) Mill. 7-9.

tatura et habitu similis præcedenti, at distinctissima:
o *Palpis* testaceis, vel rufescentibus — 2.° *Vitta frontali* fuscorufa — 3.° *Arista* magis, et longius, circiter ad medium incrassata — 4.° *Antennarum* articulis basalibus, præsertim in fæmina, plus minusve testaceis — 5.° Lateribus *abdominis* in mare semper, magis vel minus, sed manifeste rufescentibus; et etiam aliquando in fæmina.

ræterea, *abdominis* tessellæ fuscæ latiores et distinctiores, et *vena quinta* longitudinalis sæpius sub- arcuatim, non distincte arcuatim flexa.

æteri characteres tamen ut in *vetusta*.

tatura satis variat.

requens in montuosis, rara in planitie agri parmensis, a majo ad septembrem.

---

p. 4. M. Glirina. *Mihi, et Macq.* (*in Litteris*).
Long. (mar: et fœm.) Mill. 7. *circiter.*

imilis habitu duabus præcedentibus, at minor et distincta, præsertim, *vena quarta* longitudinali setulosa a radice fere usque ad transversam anteriorem; et etiam *Abdomine* griseo unicolore, tessellis fusciorlbus non distinctis.

Vetusta vero difert, *palpis* testaceis, sæpe summo apice tantum nigricante, et *vitta frontali* fusco-rufescente, non nigricante; et a *Ryctina, abdominis* lateribus ne-

que in mare rufescentibus; *vena quinta* longitudinali semper arcuatim distincte flexa, et *arista* breviter incrassata.

Cæteri characteres ut in præcedentibus.

Non rara in planitie et montuosis agri parmensis, a majo ad augustum. In Etruria quoque lecta a Doct. Pecchioli.

Sp. 5. M. Discreta *Mihi.*

Spreta *Macq. et Roser (exemplaria missa)*: *non Mgn.*

Ab omnibus congeneribus distinctissima, *venis* tribus alarum longitudinalibus, secunda, quarta, et sexta, superne distincte setosis.

A *Spreta* vero Meigenii difert. *palpis* rufis vel testaceis, raro extrinsecus fusco-rufescentibus, sed non nigris — *Antennis*, præsertim in fæmina, basi plus minusve rufis — *Vitta frontali* fusco-rufescente, non nigra — *Arista* breviter non usque ad medium incrassata.

Hisce characteribus adde — *Halteres* lutei — *Caliptera* albicantia — *Abdominis* segmenta duo basalia, lateribus in utroque sexu rufescentibus — *Scutellum* fere semper totum griseum, raro ad apicem paulo rufescens.

Non frequens in agro parmensi, etiam montuoso, a Julio ad octobrem — In Insubria etiam lecta a D.° Galeazzi Mediolanensi Entomologo.

Genus 45. (b) **VIVIANIA** *Rndn.*
Fabricia *Mgn;* (*) *(non Desv.*
Tachina *Mgn. Zett. Walk.*
Myobia *p.* **Biomya** *Rndn.*

Char. Gen.

Fere ut in Gen: *Myobia*, vel *Pyrrosia* — ecceptis sequentibus *Antennæ* supra medium oculorum orientes, non contra medium ut in *Pyrrosia* — articulo tertio quadruplo circiter longiore præcedente — *Macrochetæ discoidales* nullæ in dorso segmentorum intermediorum abdominis — istius *segmentum ultimum* vel setulis omnibus exilibus et parvis plurimis, vel aliquibus validioribus marginalibus.

A *Masiceris* difert, præter venam quintam curvatim vel latissimo angulo flexam, setis frontalibus ad apicem non magis proximis oculis quam carinis facialibus, sed circiter æqui-distantibus.

Species Italicæ

A. *Vena transversa* exterior distincte sinuosa — *Setæ orales* supra vibrissas distincte in genis assurgentes.

Sp. 1. Pacta *Mgn*

(*) Mgn. 1838 *Dip:* Blainv: 1828 Verm. — Desv. 1830 Dipt. et plantarum quatuor genera nomine *Fabricia* distincta sunt, ideo hic mutatur *Fabricia* in *Viviania.*

AA. *Vena transversa* exterior recta — *Setæ orales* supra vibrissas vix assurgentes.

Sp. 2. Nubilis *Mihi*.

Observ: et Diagn:

Sp. 1. V. Pacta *Mngn. Zett. Walk.*

V. Descript. Zetterstedtii, cui adde.

Palpi nunc lutescentes, nunc fusco-testacei — *Caliptera* aliquando satis, aliquando minus, aliquando parum fusco-flavida.

Quæ differentiæ individuales rationem indicant discrepantiæ inter descriptiones Meigenii et Walkerii, quarum prima, *palpos* nigros; secunda *Caliptera* alba, tamquam speciei distinctiones denotant.

Non vulgaris in planitie et collibus agri parmensis, præsertim a Majo ad Julium.

Sp. 2. Nubilis *Mihi* — *Longit. fœm. Mill. 4. mar. 4-6.*

Palpi lutescentes — *Vitta frontalis* nigra — *Setæ orales* supra vibrissas paucæ et parvœ — *Antennæ* nigræ, articulo tertio fere quadrilongiore secundo — *Arista* ad basim tantum anguste incrassata — *Thorax* cum *scutello* grisescente-niger *Abdomen* nigronitens in mare vel vix grisescens, sed in fœm. magis griseum, postice subrubiginosum, vitta dorsuali, et tessellis fuscis obso-

letis: fæm. segmento ultimo, piloso, non setoso, longiusculo, sub-acuminato, maris apice setoso. *Caliptera* albida — *Halteres* lutei — *Alarum* spinula costalis distincta: *Vena* transversa exterior paulo magis distans ab interiori, quam a curvatura quintæ longitudinalis in mare; fere æquidistans in ♀ — *Pedes* nigri.

Speciem non rarissimo legi, mensibus Majo et Junio in collibus agri parmensis, rarius in planitie.

Genus 45. (c) **DEMOTICUS** *Macq.*
Tachina *Fall. Mgn. Macq. Zett.*
Myobia *p. Rndn.*

Char. Gener.

Fere ut in *Myobiis*, exceptis sequentibus.

Setæ frontales, in utroque sexu, series quatuor constituentes et exterioribus antice incurvatis. — *Arista* articulo penultimo distincte longiusculo. — *Pulvilli* et *Onichii* tarsorum, etiam in mare parvi.

Species Italica. 1. Plebejus *Fall.*

Observat: et Synonimia

Sp. 1. D. PLEBEJUS *Fall. Mgn. Macq. Zett.*

V. Descript. Meigenii et Macq. in quibus corrige.

Antennarum articulus tertius, in fæmina circiter duplo, in mare fere triplo longior secundo: articuli duo basales, in fæmina plus minusve rufescentes et sæpe etiam basis tertii, sed in mare fere toti nigricantes — *Abdominis* latera nunc in segmentis tribus, nunc in duobus, nunc in segmento secundo tantum rufescentia. —

Tibiæ in medio late fusco-rufæ.

Varietatem fæminæ possideo, vena quinta longitudinali supra curvaturam late interrupta, in utraque ala.

Non frequens in agro parmensi, tam in planitie, quam in montuosis, a Majo ad Julium.

In Pedemontio quoque lecta ab Equite Truqui et in Insubria a D.° Galeazzi.

Genus 46. APHRIA *Desv. Macq:* 1845 *an. Soc. E. - Rndn.*
Tachina *Mgn.* — **Ramphina** *Macq:* 1835 — *Rndn.* 1848.
Olivieria *Mgn.* 7. *v.* - **Rhyncosia** *Macq* 1848.
Thriptocera *Macq. S. B.* (1)

Char. Gen.

Oculi nudi — *Antennæ* supra medium oculorum distincte insertæ, articulo secundo, in mare parum breviore, in fæmina subequali tertio — *Arista* articulo penultimo longiusculo. — *Probosis* satis producta ultra epistomium — *Setæ frontales* ad apicem articuli secundi antennarum descendentes; exterioribus in fæmina tantum antice incurvatis — *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis discoidalibus destituta: ultimum setis plurimis late hirtum — *Alarum* spinula costalis validissima: vena quinta longitudinalis arcuatim vel sub-arcuatim flexa, satis longe ab apice alæ, sejunctim a quarta, costalem attingens — *Pulvilli* et unci tarsorum, in mare majusculi.

Species Italicæ.

A. *Vena quarta* longitudinalis alarum superne setulosa, a radice fere usque ad transversam anteriorem.

Sp. 1. Longirostris *Mgn.*

AA. *Vena quarta* longitudinalis setulosa, a radice satis ultra transversam anteriorem, et fere usque contra transversam exteriorem.

Sp 2. Longilingua *Mihi.*

(1) *Olivieriæ* nomen pro genere isto a Meigenio propositum non adoptavi, quia illud *Aphriæ* Desv: prius institutum erat,

Observat: et Synon:

Sp. 1. A. LONGIROSTRIS *Mgn. Macq. Rndn.*
ABDOMINALIS *Desv. Macq.*

V. Descript. in op. Meigenii.

Latera abdominis nunc in duobus, segmentis intermediis, nunc etiam ad basim quarti et aliquando etiam ad apicem primi rufescentia.

Fæmina non raro lecta, mas vero rarissimo inventus, in agri parmensis planitie et collibus, a Junio ad septembrem — In Etruria quoque capta fæmina a Doct. Piccioli, et in agro Tridentino a D.ᵒ De Bartolini.

Sp. 2. A. LONGILINGUA *Mihi.*

Fæmina similis varietatibus aliquibus fæminæ præcedentis, aquibus vero statim distinguenda.

Vena quarta longitudinali setulosa a radice fere usque contra transversam exteriorem: præterea exemplar nostrum difert etiam, *macrochetis* lateralibus segmenti secundi abdominis, non saltem duabus ut in *Longirostri*, sed unica ad unum quodque latus: *Antennarum* articulo tertio non nihil longiore: *Vittis anterioribus*

---

et etiam quia vocabulum *Olivieria* jam ab auctore Myodariarum, pro aliis speciebus generice distinguendis propositum, inde prioritate retinendum. Eadem ratione nec illud *Rhyncosiæ*, nec illud *Ramphinæ* clar: Macquartii acceptare possumus. Nota etiam *Olivieriæ* genus in plantis extare.

thoracis sub-indistinctis - et *basi segmentorum* abdominis anguste albicante.

Semel fæminam legi in collibus agri parmensis, tempore æstivo.

Genus 47. (a) **FISCHERIA** *Desv. Rnd.*

MYOBIA *Macq*: - **PROBOSCISTA** *Rndn.*
(*olim in Litt.*)

CHAR. GEN.

Oculi nudi — Series *frontales* setarum, in mare duæ, in fæmina quatuor, non usque ad apicem articuli secundi antennarum descendentes: *orales* supra vibrissas subnullæ. — *Arista* articulo penultimo non elongato — *Proboscis* distincte producta ultra epistomium, porrectum. *Abdominis* segmenta intermedia macrochetis discoidalibus destituta; duo prima etiam marginalibus erectis et validis, nullis, sed omnibus sat parvis et flexis; ultimum serie unica subapicali setarum instructum. — *Alæ* spinula costali destitutæ; vena quinta longitudinali arcuatim flexa — *Tarsi* antici maris, tibiis longiores, et pulvillis majoribus quam in fæmina.

SPEC. ITALICA unica 1. BICOLOR Desv.

Observ. ed Synon.

Sp. 1. Bicolor *Desv. Macq. S. B. Rndn. Pr.*
Longirostris *Macq. An. Soc. Ent.* — Colligata *Rndn. (in litt.)* (1)

V. Descript fœminæ in An. Soc. Ent. 1854 cui adde.

Maris *abdomen* luteo-sub translucidum albidi adspersum, basi segmentorum vittis albidioribus: fascia dorsuali postice dilatata et punctis vel maculis lateralibus nigricantibus — *Scutellum* pallide lutescens.

Variat segmento ultimo nunc partim nunc toto testaceo: nunc omnino nigricante.

Non frequens in collibus agri parmensis a Junio ad Septembrem. Etruriam quoque habitat ubi lecta fuit a D.° Pecchioli, et in Insula Melita a D.° Schembri.

---

1) Olim exemplar huius speciei clar. Maquartio communicavi, nomine distinctum — *Proboscista* Mihi. *Colligata* Sp. n. de qua sic inposterum Mihi. scribebat. — Sunt verba ipsius quamvis parum exacta.

« Je soupsonne que c' est la *Fischeria Bicolor,* Rob: voisin des *Myobies* quoique cet auteur, ne mentionne pas la longueur de la trompe, et dit qu' elle est solide, et il ne sert pas d' autre expression pour characterizer la trompe de *stomoxes* — D' ailleur sa description du *Fischeria Bicolor* se rapporte asses bien a votre *Proboscista Colligata.* »

Quæ opinio magni ponderis existimavi, et ideo in posterum nomine Desvoidii speciem meam distinxi.

Sed nuper in Diariis Soc. Entom: Galliæ speciem istam nomine novo nuncuptam vidi *Longirostris* a cl. Macquartio, et Generi Myobiarum adscriptam, ubi nulla verba dicuntur de specimine parmensi a me accepto, et nulla de vocabulis generico et specifico, quibus a me prius dipterum hoc distinctum fuit.

Genus 47. (b) ZELLERIA *Egger. Rndn. pr. 2.*
MACROTARSINA *Schin:*

CHAR: GEN:

Oculi nudi — *Antennæ* supra medium oculorum insertæ, breviusculæ — *Setæ frontales* ultra primum articulum antennarum non descendentes: *orales* supra vibrissas aliquæ — *Proboscis* non distincte producta ultra epistomium — *Macrochetæ discoidales* nullæ in segmentis intermediis abdominis: *marginales* validæ non adsunt in segmentis primis, sed omnes parvæ et flexæ — *Spinula costalis* alarum non distincta — *Vena quinta* longitudinalis arcuatim flexa. — *transversa exterior* fere æquidistans ab anteriori et a curvatura quintæ longitudinalis — Tarsi antici in utroqne sexu tibiis longiores; maris longissimi.

SPECIES ITALICA. 1. LONGIMANA *Egg:*

Observat. et Descript.

Sp. 1. Z. LONGIMANA *Egg: Schin: Rndn.*
Maris *Caput* subflavescens albidi nitens; vitta frontali rufescente — *Antennæ* basi rufescente, alibi nigræ, articulo tertio circiter bilongiore præcedente — *Arista* exilis, basi tantum anguste incrassata. — *Palpi* lutei

— *Proboscis* testacea — *Thorax* cum *scutello*, nigro-grisescens — *Caliptera* albicantia — *Abdomen* flavido-testaceum, fascia lata dorsuali, ad latera angulosa, nigra — Alarum *vena secunda* longitudinalis contra transversam anteriorem, costali conjuncta — *transversa* exterior recta: *costa*, seu margo anticus, prope apicem macula distinctissima, elongata, fusca, notatus — *Pedes* fulvescentes, tarsis nigris.

♀ Difert a mare, absentia maculæ fuscæ alarum, præter characteres sexuales.

Prope Tergestum lecta, et Mihi a cl. Schiner communicata

Genus 48. PYRROSIA *Rndn.*

Myobia *p. Desv. Macq: Mgn:* — **Tachina** *Mgn: Walk:*

Orellia Solieria Leschia *Desv.*

Charact: Gen:

Præter Char. *Myobiarum* quibus similis; difert.

Abdominis segmento ultimo, macrochetis non late setoso, sed serie unica, sub-apicali, setarum validarum marginato, et segmentis intermediis, setis discoidalibus distinctioribus nullis.

A *Fischeria* vero etiam distincta, proboscide brevi, et a *Zelleria* setis validis margini segmentorum primi et secundi in-

structa etc. — A *Viviania* antennis contra, non supra medium oculorum insertis.

Setæ frontales in mare nunc in series duas, nunc in quatuor, ut in fæmina dispositæ: tamen distincti masculi a fæminis *pulvillis* et *uncis* majoribus. et *tumescentia* anali.

Fæminæ *Palpi* semper plus minusve clavati — A *Masiceris* quoque distincta *Setis* frontalibus ad apicem non oculis satis approximatis sed fere æquidistantibus ab oculis et carinis facialibus.

SPECIES ITALICÆ

A. *Antennæ* nigræ, basi tantum rufescente — *Abdomen* vel griseo fuscum lateribus sæpe testaceis, vel testaceum vitta dorsuli nigricante.

B. *Scutellum* totum. etiam apice griseo-fuscum.

Sp. 1. SEGREGATA *Mihi*.

BB. *Scutellum* saltem apice testaceum vel luteo-rufescens.

D. *Venæ longitudinales* quarta et quinta, prope costalem conjunctæ.

Sp. 2. CONGREGATA *Mihi*.

DD. *Venæ* longitudinales quarta et quinta sejunctim costali connexæ ad apicem.

E. Maris *Orbitæ* setulosæ vel pilosæ, extra series duas setarum interpositas.

F. *Setarum frontalium* tres ultimæ in eadem linea ordinatæ. maris *Abdomen*, in primis duobus segmentis vel ad

summum tribus ad latera testaceis. Fæm: *Vena secunda* longitudinalis, contra non ultra transversam anteriorem costali connexa.

Sp. 3. Diaphana *Mihi.*

FF. *Setarum frontalium* tres ultimæ, contra antennas in fasciculum dispositæ, vel saltem una extra lineam sita. Maris *Abdomen* etiam in segmento ultimo lateribus testaceis. Fæm: *Vena secunda* longitudinalis ultra transversam anteriorem plus minusve elongata.

Sp. 4. Vacua *Mihi.*

EE. Maris *Orbitæ* frontales, extra series duas setarum intermedias, nudæ, seu nec setulosa nec pilosæ.

G. Maris *Vitta frontalis* latior orbitis — *Fascia* nigricans abdominis ad anum producta.

Sp. 5. Inanis *Fall.*

GG. Maris *Vitta frontalis* angustior orbitis — *Fascia* nigricans abdominis longe ab ano sistens.

Sp. 6. Longipes *Mgn.*

AA. *Antennæ* totæ fulvæ — *Abdomen* fulvum, vitta dorsuali nulla.

Sp. 7. Aurea *Fall.* (1)

---

(1) Species 5, et 6 nondum in Italia captæ, hic tamen ennumeratæ, ad faciliorem distinctionem specierum obtinendam

Observat: et Synon:

Sp. 1. P. SEGREGATA *Mihi* *Long. Mill.* 4-5.

♀ PACIFICA *Rndn:* (*prod:*) et forte etiam *Mgn.*

A congeneribus facile distinguenda, *Scutello* in utroque sexu omnino fusco griseo etiam summo apice, et ab unis vel aliis diversa.

Orbitis in mare setis non instructis, extra duas series intèrmedias, aliquibus sat parvis exceptis prope verticem.

Abdomine in mare segmentis duobus tantum ad latera testaceis: in fæmina neque ad basim testaceo sed unicolore, griseo-fusco — *Alarum* vena secunda longitudinali, in utroque sexu costali connexa, manifeste ultra transversam anteriorem: longitudinalibus quarta et quinta sejunctim costali productis.

Cætera circiter ut in congeneribus. seu *palpi* testacei aliquando ad apicem nigricantes. — *Pedes* testacei, tarsis nigris, et vitta, in femoribus anticis fusca, superne in aliquo individuo distincta, — *Antennæ* nigræ basi rufescente etc.

In fæminis Sp. istius latet ne M. Pacifica Meigenii? an. varietas est speciei diversæ?

Non frequens in agro parmensi: In collibus sæpius legitur a Majo ad Septembrem.

Sp. 2. P. CONGREGATA *Mihi* — ♀ *Long: Mill: fere* 4.

♀. Similis fæminis T. Inanis Fall; et affinium, sed minor et diversa, præcipue venis longitudinalibus quarta et quinta ad apicem conjunctis prope costalem.

In specimine nostro latera abdominis in segmentis duobus prope basim non late testacea.

Orelliæ tres Desvoidii, characteribus parvi prætii distinctæ, unicæ speciei adscribendæ sunt, cujus fæminam, a cl: auctore non observatam, exemplar a me repertum probabiliter representat. In qua opinione, varietates marium Desvoidii cum fæmina nostra in unica specie congregatas, et simul novam speciem constituentes, nomine communi eas distinxi.

Fæminam tantum legi mense augusto, in collibus agri parmensis.

Sp. 3. P. Diaphana *Mihi* *Longit. Mill.* 4-5.

Simili T. Inani Fallenii, a qua vero sat distincta.

Maris *Fronte* extra series duas intermedias, setis distinctis prædita, et *abdomine* in segmentis duobus vel tribus, sed non in omnibus ad latera testaceo.

♀ *Vena secunda* longitudinali alarum contra et non manifesta ultra transversam anteriorem costali conjuncta: et *abdomine* lateribus anguste ad basim testaceis.

Similis quoque sequenti Sp. P. Vacuæ sed diversa, præcipue setis frontalibus tribus ultimis contra basim antennarum in serie simplici dispositis etc.

Pedum vero, antennarum, scutelli, alarum et palporum characteres ut in specie Inani et affinibus.

Non infrequens in agri parmensis collibus et planitie, præsertim tempore autumnali. — Fæminam ab Insubria misit olim cl. De Cristofori.

Sp. 4. P. Vacua *Mihi* — *Long. Mill.* 5-6.

Iterum similis Inani et Diaphanæ, a quibus præcipue difert, in utroque sexu, setis tribus ultimis frontalibus, contra radicem antennarum, in fasciculum dispositis, aut saltem aliqua extra seriem sita.

A prima vero etiam distinta, *fronte* maris, extra series duas intermedias, setulis sat parvi sed tamen manifestis prædita: et feminæ *abdomine* anguste ad basim non late testaceo.

A secunda, *fronte* maris setulis sat parvis, non ut in alia validiusculis prædita, et abdomine lateribus totis testaceis, non in segmentis primis tantum: et fæminæ *Vena secunda* longitudinali ultra transversam anteriorem, manifeste producta.

Cæteri characteres tamen ut in præcedente.

Legitur non raro in collibus et planitie agri parmensis, præsertim tempore autumnali.

Sp. 5. P. Inanis *Fall. Mgn. Walk.* — *Macq. et Zett.* (sed exclusa synon: *Longipes* Mgn. — plures Desv. (1)

† Pacifica? *Mgn. Macq. Zett.* (non Rndn.) — Lateralis Macq: (*exempl: Typ:*)

---

(1) Characteribus ineptis, et etiam inpropriis distinctæ, et non extricandæ: eo magis, quia ad confusionem augendam, non nulli mares *Myobiarum* ejusdem Autoris, fæminas in *Solieriis* representant.

Error vitandus, si pulvillis tarsorum et ani structuræ melius studebat, non setis frontalibus tantum, quæ in diversis speciebus, nunc series duas tantum in masculis, nunc quatuor ut in fæminis constituunt.

Similis Vacuæ cujus mas, ut in mare istius latera abdominis etiam in ultimo segmento testacea præbet; sed tamen satis diversus.

Orbitis oculorum, extra series setarum intermedias, nudis, seu nec setulosis nec piligeris; et *setis tribus* ultimis frontalibus, contra radicem antennarum, in serie simplici dispositis etc.

Nondum in Italia capta. Specimen meum germanicum.

Sp. 6. P. Longipes *Mgn. Walk.*

Myobiæ plures Desv. (V. Observ: meas pro specie præcedente.)

Speciem istam Meigenii, varietatem esse præcedentis credunt Clar. Zetterstedtius et Macquartius: sed si characteres distinctivi in exemplaribus a me observatis, a D.° De Roser et a D.° Shiner missis, non instabiles sunt, tunc specifica differentia a Meigenio statuta confirmata erit.

Longipedis mares tantum cognosco, qui a maribus *Inanis* diversi videntur.

Abdomine angustiore, et fascia nigricante dorsuali ad anum non producta, sed basim tantum segmenti quarti occupante, in medio.

Fronte magis angusta, et vitta intermedia orbitis angustiore; nec non *pedibus* paulo magis elongatis, etc.

Sp. nondum in Italia capta.

Sp. 7. P. Aurea *Fall. Mgn. Macq. Rndn.*
Flavescens *Desv.*

V. Descript: in oper. Zetterstedtii, cui adde.

Abdomen ad latera, sæpius, punctis nigricantibus signatum, præsertim in fæminis: segmentis ultimis non raro obscurius rufescentibus.

Fræquens præsertim in collibus, et tempore autunnali.

Vivit etiam in Pedemontio ubi lecta a Prof, Bellardi, et in Etruria a D. Piccioli, et ad Tergestum a D. Schiner inventa.

Genus 49. RHYNCOMYA *Desv: Dufour: Macq: Rndn.*
Tachina *Mgn.* — **Musca** *Fabr. Rossi.*

Char. Gener.

Oculi nudi, in fronte maris satis proximi, orbitis sub-contiguis — *Antennæ* breves, contra, non manifeste supra medium oculorum insertæ — *Setæ frontales* ad radicem antennarum sistentes; *orales* supra vibrissas paucæ — *Peristomium* porrectum; vibrissis longe a margine supero oris insertis; proboscide non distincte producta ultra epistomium — *Palpi* clavati - subcompressi — *Abdominis* segmenta tria prima, setis nullis validis et erectis, sed marginalibus tantum prædita, exilibus, et flexis: ultimum

setis tectum, pari modo non validis — *Alarum* vena secunda longitudinalis, contra, non ultra transversam anteriorem costali conjuncta.

Species Italicæ

A. *Facies* ante oculos, punctis nigris notata.

B. *Abdominis* vitta dorsuali nigra ad apicem non producta. *Pedes* toti, vel fere toti testacei in utroque sexu.

Sp. 1. Impavida *Rossi.*

BB. *Abdominis* vitta nigra dorsualis, in mare, segmentum ultimum totum occupans: — *Pedes* in eodem sexu fere toti nigricantes.

Sp. 2. Audax *Mihi.*

AA. *Puncti* nigri non adsunt, in facie ante oculos.

Sp. 3. Ruficeps *Fabr.*

Observat: et Synon:

Sp. 1. R: Impavida *Rossi.*

Columbina ? *Hofgg. Mgn. Macq: L: Duf:* (1) *Rndn.*

V. Descript. in Fauna Etrusca I. Rossi, cui adde: *Pedes* rufi, tarsis nigricantibus — *Scutellum* apice paulo testaceum — Puncti nigri faciales (In speciminibus

(1) Annal. Soc. Ent. 1846.

a me observatis) maris duo, fæminæ tres. — *Abdomen* ad unumquodque latus punctis nigris tribus vel quatuor signatum.

In synonimis dubitanter Tac: Columbinam Hoffmanseggii posui, quia in ejusdem diagnosi a Meigenio allata, de punctis nigris abdominis non lonquitur.

Fæminam in Etruria captam a D. Piccioli, et marem in Sicilia inventum a Prof. Gemellaro, possideo.

Sp. 2. R. Audax *Mihi.*

Mas similis mari *Impavidæ* Rossii, tamen distinctus: abdominis segmento ultimo toto nigricante, sub virescente, non testaceo — *Femoribus* fere totis nigricantibus — et frontis lateribus extrinsecus fusco-nigris, non totis fulvescentibus, *scutelloque* ad apicem non lutescente.

In specimine etrusco *audacis*, puncti nigri superiores faciei, majores, sunt distincte, et in *Neapolitano*, sub-æquales inferis observantur: Abdomen istius fascia nigra latiore et profuse dorsum irregulariter occupante diversum.

Duo specimina possideo mascula, unum a D. Pecchioli in Etruria captum, aliud a Prof. A. Costa in Regno Neapolitano.

Sp. 3. R. Ruficeps *Fabr. Mgn. Macq:*
Fælina *Desv.* (*non Fabr.*)

V. Descript. in op: Meigenii, cui adde.

Femora saltem in mare nigricantia — *Scutellum* ad apicem non testaceum, totum viriscente metallicum.

Abdominis latera in masculis non nigro punctata, in unica fæmina a me observata segmentum secundum puncto laterali nigro est signatnm.

In utroque sexu segmentum ultimum et margo posticus præcedentis viridi metallica.

Italicum exemplar masculum collectionis meæ a Liguria misit Clar. Spinola — Aliud exemplar omnino simile possideo, patriæ ignotæ, et fæminam Florentiæ captam a Doct. Piccioli accepi.

Genus 50. PHANIOSOMA *Rndn.*

Char: Gen:

Oculi nudi, etiam in fronte maris sat distantes, vitta intermedia sat lata. — *Palpi* exilissimi et breves. — *Antennæ* supra medium oculorum manifeste orientes — *Arista* articulo penultimo paulo elongato — *Setæ frontales* ultra radicem antennarum, non satis productæ; *orales* exiles paucæ — *Vibrissæ* prope orem insertæ. — *Abdomen* setis aliquibus validiusculis et erectis ad marginem segmentorum primi et secundi instructum; in segmentis ultimis, setis exilibus hirtum, marginalibus majoribus — *Alarum* vena secunda longitudinalis, distincte producta

ultra transversam anteriorem: — *Genitalia* maris producta et sub ventre flexa — *Vena quinta* longitudinalis angulatim flexa.

Spec. Italica unica 1. Apennina *Rndn.*

Observ: et Descript:

Sp. 1. P. Apennina *Rndn.* — Maris *Long. Mill.* 9.

Maris *Caput* albicans, vitta frontali nigra sub-cinerascente. — *Antennæ* nigræ, articulo secundo parum, aut non duplo breviore tertio — *Arista* ultra medium distincte incrassata. — Palpi nigricantes — *Thorax* cum scutello niger, cinerei adspersus. — *Caliptera* alba — *Halteres* stipite pallido, capitulo partim nigricante. *Abdomen* sub-rubescens, basi anguste, vitta dorsuali, apice late, et genitalibus nigris — *Alæ* grisescentes, basi paulo lutea. — *Vena* transversa exteriore recta, magis distante ab anteriori quam a cubito quintæ longitudinalis; ista angulatim flexa — *Pedes* nigri.

Semel marem invenit in Apennino Parmensi Doct. Bertéus.

Genus 51. PHANIA *Mgn. Latr. Desv. Macq: Zett Walk. Rndn*

CHARACT: GEN:

Oculi nudi, in fronte, etiam maris distantes, vitta sat lata — *Palpi* filiformes, sed non exilissimi, paulo clavati — *Antennæ* supra medium oculorum orientes, articulo tertio saltem duplo, aut ultra longiore præcedente — *Arista* articulo penultimo brevissimo — *Vena quinta* longitudinalis alarum, arcuatim, non angulatim flexa — *Abdomen* apice inflexo et genitalibus elongatis.

(NOTA) Genus hoc in duo dividendum characteribus optimis distincta, ut in diagnosibus propriis; sed præcipue nota sequente.

A *Vibrissæ* sat parvæ, et non extrinsecus decussate.

Gen. 51. (a) EVIBRISSA *Mihi* (*)

Sp. Typ: P. OBSCURIPENNIS *Mgn.*

AA. *Vibrissæ* validæ et extrinsecus decussatæ.

Gen. 51. (b) PHANIA *Mgn.*

Sp: Typ: P- THORACICA *Mgn.*

Genus 51. (a) EVIBRISSA *Mihi.*

PHANIA *Mgn. Macq: Rndn.*

(*) Genus novum, non solum, ut puto, a *Phaniis* sejungendum, sed longe ab iisdem, in ordinatione reformata, locandum, in Stirpe PHASIINARUM.

Charact. Gener.

Ut in diagnosi præcedente, quibus adde.

Vibrissæ exiles et breves, non decussatæ. — *Setæ* orales, supra vibrissas nullæ — *Abdomen* setulis minimis duabus marginalibus in dorso segmentorum, ultimo excepto, omnino nudo; lateribus setulis pluribus validiusculis præditum. — *Vena secunda* longitudinalis alarum, paulo producta, ultra transversam anteriorem etc.

Spec. Italica unica. 1. Obscuripennis *Megn.*

Observ: et Synon:

Sp. 1. E. Obscuripennis *Mgn. Macq: Rndn.*

V. Descript. in op. Meigenii, cui adde:

Arista tenuiter, sed manifeste ultra medium crassiuscula.

Caliptera, (saltem et mare) basi albicante, extrisecus lutescentia, et intus nigri marginata. — *Alarum* vena transversa exterior satis distans ab interiori, et proxima curvaturæ quintæ longitudinalis.

Rarissimo lecta in collibus agri parmensis, tempore autumnali — Marem a Pedemontio misit. Eques Truqui.

Genus 51. (b) PHANIA *Mgn. Macq: Zett. Walk.*

Charact. Gener.

Ut in diagnosi Gen: ejusdem jam notati, quibus adde. *Vibrissæ* validiusculæ et extrinsecus decussatæ — *Setæ orales* supra vibrissas aliquæ — *Abdomen* in primis tribus segmentis, setis duabus validis, dorsualibus ad marginem instructum, et ad latera seta unica non pluribus: segmento ultimo setulis hirto non nudo — *Vena secunda* longitudinalis alarum, contra, non ultra transversam anteriorem costali conjuncta etc.

Species Italicæ

A. *Abdomen* lateribns rufis, dorso segmenti tertii, ut præcedentium, bisetoso tantum.

Sp. 1. Vittata *Mgn.*

AA. *Abdomen* totum nigrum: segmento tertio setis pluribus postice marginato.

Sp. 2. Thoracica *Mgn.*

Observ. et Synon:

Sp. 1. P. Vittata *Mgn. Macq:*

V. Descript: in op: Meigenii, cui adde:

Arista tenuiter ad medium circiter incrassata — *Abdominis* segmentum tertium setis duabus tantum marginalibus in dorso instructum, et unica ad unumquodque latus, ut in segmentis primis. *Anus* appendice longa filiformi in ♀ præditus.

Unicum exemplar legi fæmineum, mense majo in floribus Euphorbiæ, prope Padum, in planitie parmensi.

Sp. 2. THORACICA *Mgn. Macq. Zett. Watk.*

V. Descript. in op: Zetterstedtii, cui adde:

Arista ad basim tantum breviter incrassata. — Spatium frontale, saltem in fæmina, cinerascens, vitta atra nitida ab apice frontis remota. — *Caliptera* alba — *Abdominis* segmentum tertium setis marginalibus cinctum. *Ano* satis elongato, sed appendice longa filiformi destituto.

Unicam fæminam inveni, mense Julio in apennino parmensi.

Genus 52. MEDORILLA *Rndn.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte saltem maris modice distantes — *Antennæ* contra medium oculorum orientes, articulo tertio, parum, non bilongiore secundo — *Arista* articulo penul-

timo vix distinguendo. — *Setæ frontales* ad radicem antennarum sistentes: orales supra vibrissas vix aliquæ — *Vibrissæ* validiusculæ, decussatæ, et prope orem insertæ — *Alarum* vena quinta longitudinalis angulo sat aperto flexa, et subrotundato: transversa exterior satis distans ab interiori, et proxima cubito quintæ longitudinalis: transversa interior, contra, et non distincte ante apicem sita, secundæ longitudinalis — *Abdomen* setis discoidalibus nullis, etiam in segmento ultimo, serie tantum subapicali setarum marginato: *ano* maris paulo producto et sub ventre flexo.

Spec. Italica unica. 1. Subfasciata *Rndn.*

Observat. et descript:

Sp. 1. M. Subfasciata *Rndn.* — *Long.* *Mill.* 4-5.

Maris *Facies* albidi nitens — *Frons* grisescens, oculis angustior, vitta lata nigricante — *Arista* fere ad medium, sed tenuiter incrassata — *Palpi* nigricantes, exiles, sed paulo ad apicem crassiores. — *Thorax*, *Scutellum*, et *abdomen* nigra, cinerei paulo adspersa, humeris, et ad basim segmentorum abdominalium fasciolis albidioribus — *Setæ marginales* duæ in dorso segmentorum primi et secundi; plures sub-apicales in sequentibus — *Caliptera* alba — *Alæ* ad basim paulo infuscatæ: vena quinta longitudinali a cubito ad

apicem recta: transversa exteriore plus minusve sinuosa — *Pedes* nigri.

Bis marem tantum inveni in agro parmensi, tempore æstivo.

Genus 53. UROMYA *Mgn. Macq.* Rndn.

Weberia *p. Desv.* — **Phania** *Mgn. Macq. Zett. Walk* — **Tachina** *Fall. Mgn.*

Char: Gen:

Oculi nudi, in fronte maris modice, fæmine latius distantes. — *Palpi* breves, exiles — *Antennæ* contra medium oculorum insertæ, articulo secundo duplo breviore tertio — *Arista* articulo penultimo brevissimo — *Setæ* orales et frontales ut in *Medorilla* sat parum productæ — *Alarum* vena quinta longitudinalis arcuatim flexa: transversa exterior æquidistans circiter ab interiori, et a cubito quintæ longitudinalis: transversa anterior paulo extra, non contra apicem sita secundæ longitudinalis — *Abdomen* setis discoidalibus destitutum, etiam in segmento ultimo, serie tantum sub apicali setarum prædito. — *Genitalia* maris paulo producta et sub ventre flexa; organa fæminæ sat elongata.

Spec. Italica unica. 1. Curvicanda *Fall.*

Observ: et Synon:

Sp. 1. U. Curvicauda *Fall. Mgn. Desv. Macq: Zett. Walk. Rndn.*

Appendiculata *Desv. Macq:*

V. Descript: in op. Meigenii; cui adde.

Caliptera saltem in mare, et præsertim squamæ inferæ fusco-lutescentes — *Arista* anguste ad basim crassiuscula. — *Alarum* vena transversa exterior recta. — *Abdomen* in mare segmentis postice, serie setarum marginalium cinctis, in fæmina setas duas tantum dorsuales et aliquas laterales præbentibus.

Unicum exemplar italicum collectionis meæ, masculum, a Pedemontio misit Prof. Bellardi: alia mea specimina Germanica a Cl: De Roser, et Schiner accepta.

Genus 54. ACEMYA *Desv. Rndn.*

Acculocera *Macq.* — **Tachina** *Macq. Mgn:*

Char. Gen.

Oculi nudi — *Frons* in mare angustior — *Setæ frontales* vix ultra radicem antennarum productæ: *orales* supra vibrissas vix aliquæ; *vibrissæ* ab apertura orali paulo remotæ. — *Antennæ* breviusculæ, supra medium oculorum orien-

tes: articulo tertio ad apicem distincte extrinsecus mucronato — *Abdominis* tria prima segmenta, setis tantum aliquibus, marginalibus prædita; ultimo ad apicem seriebus duabus setarum marginato — *Alarum* spinula costalis sub indistincta: vena longitudinalis quinta angulatim cubitata. (1)

SPEC. ITALICA unica. 1. SUBROTUNDA *Desv.*

Observat: et Synon:

Sp. 1. A. SUBROTUNDA *Desv. Rndn.*

OBLONGA. MYOIDEA *Desv. Macq.* — NIGRA ? *Macq.*

Nigra, grisescens: *facie*, et *genis* albis; *fronte* grisea, vitta nigra — *Arista* ad basim anguste incrassata — *Palpi* nigricantes, exiles. — *Antennarum* articulus tertius duplo et ultra longior præcedente. — *Abdomen*, in illesis fusco-griseum margine postico segmentorum anguste nigro; in vetustis plus minusve late nigricans — *Squamœ* albicantes — *Alœ* paulo infuscatæ; vena quinta longitudinalis supra cubitum intus flexa curvatim: transversa exterior subrecta, et paulo magis distante ab anteriori, quam a cubito quintæ lon-

(1) Genus AGCULOCERA Macq: ann: Soc: Ent: 1855, ACEMYÆ Desvoidii referendum, ut patet ex comparatione characterum unius et alterius. Exemplar speciei typicæ olim Macquartio communicavi, de quo Cl: auctor non loquitur in novis observation: de Tachinariis.

gitudinalis: transversa exterior contra apicem sita secundæ longitudinalis — *Pedes* nigri, femoribus saltem anticis, paulo extrinsecus cinereis.

Rara in agro parmensi, tempore æstivo, tam in planitie, quam in collibus.

(Nota) Generi ACEMYÆ facilius referenda etiam T. Acuticornis, quæ distincta videtur a *subrotunda, palpis* rufis, et *Calipteris* fuscis etc.

Sp. *Nigra* Macquartii forte etiam diversa a *subrotunda squamis* flavescentibus; *Arista* longius incrassata etc. inde in synonimis dubitanter indicata.

Genus 55. LOPHOSIA *Mgn. Macq: Zett. Rndn.*

V. pro Gen: et Sp. unica qua constat, nondum in Italia capta, opera auctorum s. d.

TYP: L. *Fasciata* Mgn.

Genus 56. HYPOSTENA (1) *Mgn. Macq: Rndn.*
TACHINA *Mgn. Zett.*

(1) Genus hoc, pro pubescentia aristæ sat distincta, melius in *Dexinis* locandum, et hic prope Gen. MELANOTA Mihi. (MELANIA auct.)

Char. Gen:

Oculi nudi, breves, — *Peristomium* sub oculos sat productum — *Setæ frontales* ad radicem aristæ circiter sistentes: *orales,* supra vibrissas nullæ vel subnullæ = *Antennæ* supra medium oculorum orientes, longæ, articolo tertio valde longiore secundo. — *Arista* plus minusve sed distincte pubescens, fere pilosula. — *Alæ* spinula sub-indistincta: vena secunda longitudinali non, aut vix ultra transversam anteriorem producta: quinta longitudinali sub-arcuatim flexa.

Spec. Italicæ.

A. *Abdomen* setis discoidalibus præditum, in dorso segmentorum intermediorum.

B. *Palpi* nigri.

Sp. 1. Setiventris *Macq:*

BB. *Palpi* lutei.

Sp. 2. Chetigastra *Mihi.*

AA. *Abdomen* setis discoidalibus destitutum, in dorso segmentorum intermediorum.

Sp. 3. Procera *Mgn.*

Observ: et Synon:

Sp. 1. H. Setiventris *Macq:*

V. Descript: fæm: in Ann: soc. Entom: 1855 cui adde :

Setæ orales supra vibrissas non nullæ — *Caliptera* partim fusco-marginata — *Abdomen* ad basim segmentorum albicans — *Alarum* vena secunda longitudinalis, paulo producta ultra transversam anteriorem.

Semel capta fæm: mense Junio in planitie parmensi.

Sp. 2. CHETIGASTRA *Mihi.*

Fæm: similis habitu præcedenti, a qua vero satis distincta: *Palpis* flavescentibus — *Setis oralibus* supra vibrissas nullis — *Alis* paulo magis fuscis, et margine fusciore præsertim ad apicem. — *Calиptera* paulo fusco-lutescentia, non partim fuscolimbata — *Antennis* angustioribus; articulo secundo rufescente — *Alarum* vena transversa exteriore contra, et non ante apicem sita secundæ longitudinalis — *Setis* discoidalibus segmenti secundi abdominis sat parvis; tertii validioribus etc.

Fæmina semel capta, mense Julio in collibus agri parmensis.

Sp. 3. H. PROCERA *Mgn. Macq. Rndn.*

INCISURALIS? *Macq:*

V. Descript: Meigenii et Macquartii, quibus adde:

Antennæ articulo secundo, sæpe paulo rufescente — *Alæ* præsertim ad marginem anteriorem plus minusve infuscatæ, aliquando sublimpidæ, basi paulo sub flavida — *Abdominis* segmenta ad basim, non raro albicantia — *Alarum* vena secunda longitudinalis, con-

tra transversam anteriorem costali connexa: quinta, supra curvaturam subrecta: transversa exterior paulo magis distat ab anteriori, quam a curvatura quintæ longitudinalis etc.

Sp. *Incisuralis*, Macq. difert tantum a *Procera*, alis sublimpidis, et incisuris albicantibus abdominis parum manifestis, inde varietas retinenda Sp. Meigenianæ.

Non frequens, in agri parmensis planitie et collibus, ubi lecta mensibus Majo et Junio.

Genus 57. CLAIRVILLIA *Rndn.* et *Rob.* (*part*).

Cassidæmyia *p. Macq*: **Phaniemyia**. *p. Macq*.
Ocyptera *p. Macq*.

Char. Gen.

Oculi nudi, in fronte maris satis proximi, fæminæ distantes. — *Antennæ* sat breves, parum supra medium oculorum insertæ, articulo tertio fere bilongiore secundo. — *Setæ frontales* ad radicem antennarum sistentes: *orales* aliquæ supra vibrissas. — *Alæ* spinula parva: vena secunda longitudinalis, non aut vix producta ultra transversam anteriorem: quinta longitudinalis arcuatim flexa, et sejunctim a quarta costali conjuncta: transversa exteriore, obliqua, et satis distante ab anteriore, magis quam a curvatura quintæ longitudinalis. — *Abdomen* setis discoida-

dalibus destitutum, marginalibus paucis distincte validioribus: ano fæminæ forficulato, (1) maris appendice prædito unciformi, ventri innixa, et raro sat distincta.

SPEC. ITALICA UNICA 1. DISPAR *Rndn.*

Observat: et Synon:

Sp. 1. C. DISPAR *Rndn.*

♂ MUSCA (*Phan:*) *Desv.* — (*Cassid:*) *Macq.*

♀ PUSILLA (*Clairv*) *Desv.* — (*Ocypt.*) *Macq.* (exclus:)
Synon: Mgn. et Desv. *nec non* Zett.

♂ *Genæ* et *Orbitæ* albidi sericei nitentes — *Arista* tenuiter, et non ad medium incrassata — *Thorax* niger subnitidus, ut *scutellum* = *Caliptera* lata, albida — *Abdominis* nigri, lateribus et ventre rufis: segmentum primum postice bisetosum; cætera, serie setarum marginalium cincta. — *Alæ* paulo infuscatæ, costa fusciore, et basi lutescentes — *Pedes* nigri — *Abdomen* setulis crebris hirtum

♀ Distincta a mare, *abdomine* angustiore, subnudo, setis duabus tantum distinctioribus, ad marginem superum segmentorum omnium; segmento ultimo superne impresso et *Calipteris* minoribus; preter characteres sexuales.

Frequens tempore æstivo in toto agro parmensi, in floribus præsertim umbellatarum legenda.

(1) Clar. DESVOIDIUS, exemplaria forficula anali instructa, mascula esse credit.

Genus 58. LABIDIGASTER *Macq.* (*Dipt. de France*) *Mgn. Rndn.* — **DIONÆA** *Desv.* **CLELIA** *p. Desv.* (*non Macq.* — **CASSIDEMYA** *p: Macq*

CHAR: GEN:

Oculi nudi, in fronte etiam maris distantes, fæminæ tamen magis remoti — *Antennæ* breviusculæ; contra medium oculorum circiter orientes; articulo ultimo parum, aut ad summum duplo longiore præcedente. — *Setæ frontales* ultra radicem aristæ non manifeste decurrentes: *orales* supra vibrissas paucæ. — *Alarum* spinula parva sed distincta: vena quinta longitudinali angulatim flexa, et sejunctim a quarta costalem attingente: transversa exteriore, magis distante ab anteriore, quam a cubito quintæ longitudinalis. — *Abdomen* fæminæ ano forcipato, et setis discoidalibus nullis distinctis: maris disco segmentorum setis hirto, aliquibus sæpe distinctioribus. (1)

(1) Character setarum abdominis discoidalium, in diversis diagnosibus auctorum vario modo indicatus, reformandus erat, quia masculi, sæpe, sed non semper, et fæminæ nunquam, setas istas distinctas præbent. Pubescentia oculorum in quatuor speciebus nostris certe non observatur, ideo dubitare possumus, characterem istum, inconsiderate a Cl.Meigenio notatum fuisse, et inconsulte a Macquartio adoptatum in *Ann: Soc: Entomol* 1854, nam in operibus suis anterioribus, *Suite a Buff:* et *Dipt de France,* oculi in hoc genere nudi dicuntur: quod convenit speciebus nostris.

Si tamen Sp. aliqua certe ab aliis distincta est, oculis hirtis, tunc non *Labidigastro,* sed generi distincto adscribenda, quod apellarem PYRAGRURA.

Species Italicæ

A. *Genæ* setis omnino hirtæ, vel serie setularum instructæ præter orales.

Sp. 1. Setisfacies *Mihi*.

AA. *Genæ* præter setas orales nudæ.

B. *Palpi* toti nigri — *Vena* secunda longitudinalis vix producta ultra transversam anteriorem.

C. *Abdomen* ♀, segmento ultimo non distincte breviore penultimo: isto tantum, et non etiam præcedente setis marginalibus omnino cincto.

Sp. 2. Pauciseta *Mihi*.

CC. *Abdomen* ♀, segmento ultimo distincte breviore penultimo: isto et præcedente setis marginalibus omnino cinctis.

Sp. 3. Forcipatus *Mgn*.

BB. *Palpi* lutescentes, — *Vena secunda* longitudinalis sat producta ultra transversam anteriorem.

Sp. 4. Agilis *Desv*.

Observ: et Synon:

Sp. 1. L. Setisfacies *Mihi*. *Longit. Mill.* 5-6.

☿ *Frons* lata, orbitis latitudine vittæ nigræ intermediæ, setis exilibus et validioribus permixtis tota hirta: *genæ* omnino setulosæ — *Antennæ* articulo tertio vix longiore præcedente — *Arista* tenuiter, et fere ad medium incrassata. — *Corpus* nigro-nitens, *thorace* et scutello cinerei albicantis adspersis, et basi seg-

mentorum abdominalium paulo albida — *Caliptera* sub-flavida — *Abdominis* segmentum primum, in dorso, margine bisetoso; sæquentia margine postico macrochetis omnino cincta, disco setis hirto, nullis validioribus distinctis — *Alæ* sublimpidæ, basi late, sed parum lutescentes: vena secunda longitudinalis satis producta ultra transversam anteriorem: quinta longitudinali supra cubitum distincte incurvata: transversa exteriore magis vel minus sinuosa, et satis proxima cubito quintæ longitudinalis — *Palpi*, *Halteres* et *pedes* nigri:

♀ Setarum facialium intermediæ, seriem distinctam, constituentes.

Abdominis, segmentorum basis albida; discum setis distinctoribus destitutum, sed omnibus brevissimis et flexis, segmentum apicale brevissimum. etc.

Non frequens in planitie et collibus agri parmensis, a Junio ad Augustum.

Sp. 2. L. Pauciseta *Mihi*.

Forcipata? *Macq*. Dip: de Fr. (exclus: *Synon*:) *non Macq*. Ann: Soc Ent: 1855.

♀ Similis Fæminæ præcedentis et sequentis, sed distinctissima, a prima, absentia *setularum* faciei; *abdominis* segmento ultimo non distincte breviore præcedente; et *vena quinta* longitudinali a cubito ad apicem recta.

A sequente, seu a *Forcipata*, difert, non solum longitudine segmenti ultimi abdominalis, sed etiam segmento

penultimo tantum, non etiam præcedente setis postice omnino marginato.

Præterea ab istis vel illis congenerum distincta.

Palpis nigris — *Antennarum* articulo secundo duplo breviore tertio — *Calipteris* albissimis etc.

Forcipata Macquartii, in opere descripta *Dipt. de France*, quæ venam quintam a cubito ad apicem rectam, præbere dicitur, nostræ non Meigenianæ facilius referenda.

Sp. pauciseta, rara, tempore æstivo in planitie et collibus agri parmensis, ubi fæminas tantum inveni.

Sp. 3. L. FORCIPATUS *Mgn. Desv. (non Macq.)* (1).

♀ Major fæminis specierum præcedentium et diversa, a *Setifacie*, genis nudis: vena quinta longitudinali, a cubito ad apicem recta etc.

A *Pausiceta*, abdomine segmento ultimo sat breviore penultimo: isto et præcedente, non penultimo tantum, setis omnino marginatis etc.

♂ Distinctus a mare *Setifacei*, fronte flavescente, et setis discoidalibus aliquibus distinctioribus; præter nuditatem genarum. — Segmenta abdominis, ut in fæmina, setis postice marginata omnino.

---

(1) Sp: hoc nomine distincta a Macquartio diversa a Meigeniana, præsertim. vena transversa exteriore æquidistante ab anteriori, et a cubito quintæ longitudinalis, quæ in *forcipata* satis distat ab interiore: ideo nomine distincto vocanda *Uncinatus* Mihi.

Si vero certe oculos hirtos et setas discoidales præbet, Generi meo PYRAGRURA pertinet.

Fæminam unicam a Pedemontio misit Prof. Genéus, et alteram germanicam observavi a D. Schiner acceptam.

Mas vero unicus in planitie parmensi a me lectus fuit, mense majo.

Sp. 4. L. Agilis *Desv. Macq. Mgn.*
Minor *Desv. Rndn.* — Rapida *Desv.*

Mas, similis mari *Forcipatæ* et distinctus:

Palpis lutescentibus — *Vena secunda* longitudinali satis producta ultra transversam anteriorem. — *Abdomine* minus albicante etc.

Fæminam non observavi, sed marem tantum legi, mense Junio, in planitie agri parmensis.

Genus 59. PSALIDA *Rndn.*
Leucostoma *p Mgn. Zett. Macq.* —
Clelia *Macq. Desv?* — **Ocyptera** *Fall.*
- **Melanophora** *p. Macq.* — **Tachina** *Mgn.*
- **Musca** *Rossi.*

Char. Gen.

Oculi nudi. — *Antennæ* sat breves, contra medium oculorum insertæ; articulo tertio ad summum bilongiore præcedente. — *Arista* articulo penultimo brevi, sed distincto. —

Setæ frontales, circiter ad apicem articuli secundi antennarum productæ: *orales* paulo in genis assurgentes: vibrissæ, ab ore modice sed manifeste distantes. — *Calíptera satis ampla, et longiora scutello.* — *Alarum* vena quinta longitudinalis satis longe a costali, quartæ conjuncta: transversa exterior fere æquidistans ab interiori, et a cubito quintæ longitudinalis. — *Abdomen,* macrochetis marginalibus tantum instructum, etiamsi disco segmentorum setoso. — *Anus fœminæ forcipe instructus.* — *Tarsi* maris, uncis et pulvillis longioribus.

SPECIES ITALICÆ

A. *Abdomen* maris, segmentis duobus ultimis, vel apicali tantum cinereo-albicans.

B. *Abdominis* segmenta duo apicalia griseo-albicantia — *Palpi* lutescentes.

Sp. 1. BREVIS *Rossi.*

BB. Abdominis segmentum ultimum tantum, in mare, griseo-albicans. — *Palpi* nigri.

Sp. 2. APICALIS *Mihi.*

AA. Abdomen maris, totum etiam apice nigro-nitidum.

Sp. 3. SIMPLEX *Fall.*

Sp. 1. P. BREVIS *Rossi.*

ANALIS *Mgn.* (*non Macq.*) — TETRAPTERA? *Mgn.* (*non Macq.*).

V. Descript: in op. Meigenii; cui adde.

Palpi lutescentes — *Halteres* nigricantes — Frons maris setis hirta, nullis antice incurvatis.

Fæminæ exemplaria credo, quæ abdominis segmentum primum parum longius sequente præbent.

Non frequens in agro parmensi, ubi a Julio ad Septembrem legitur. — In Etruria quoque capta a Doct. Piccioli, et in insula Mélita a D. Schembri.

Exemplar masculnm melitense duplo fere Majus nostratibus

Nota) Forte Sp. *Tetraptera* Meigenii, var: est *Brevis* Rossii, scilicet *Analis*, quæ a prima difert tantum, latitudine paulo diversa calipterorum; sed notandum est ista aliquando flexa vel contracta esse, ita ut minus lata appareant.

Tetraptera vero et analis Macquartii a speciebus Meigenii sic nuncupatis diversæ videntur, et distinctæ saltem *palpis* nigris, non luteis, imo Sp. Analis Gallici Dipterologi, nomine novo *apicalis* distincta, italicis adscribenda, hic locata.

Sp. 2. P. Apicalis *Mihi*.

Analis *Macq*. A. S. E. (non Mgn.)

Species a me non observata, tamen descriptione Macquartii, a cogeneribus sat distincta apparet, et ab Anali Meigenii diversa, non solum palpis nigris, sed etiam abdomine maris, unico segmento apicali cinereo-albicante, non segmentis duabus griseo-albidis.

Nostratibus adscripta, quia in insula Melita, a D. Schembri inventa fuit.

Sp. 3. P. Simplex *Fall. Mgn. Zett.*

Minor (fæm.) *Macq. Desv?*

V. Descript. in op: Zetterstedtii.

Fæminam credo Speciei, distinctam a fæmina P. Brevis, exemplar cujus abdomen, segmentum primum satis longius secundo præbet.

Non frequens mensibus Maio et Junio in agro parmensi.

Mascula non nulla ab. aliis Italiæ plagis accepi. Pedemontantum a Prof. Bellardi, Etruscum a Doct. Piccioli, et Tirolense a D. De Bertolini.

Genus 60. (a) FORTISIA *Mihi* (*).

Clista *Mgn. Macq.* — **Tachina** *Mgn.*

(*) Genus sejunctum a *Clistis* Meigenii, satis distinctum, ut patet ex characteribus hic ennumeratis.

In serie generum *Prodromi* non indicatum quia nuper tantum speciem ejusdem typicam in Italia legi: ideo nunc sectionem, in tabula analitica *Prodromi,* signatam GG, sic dividere oportet.

GG. *Abdomen,* in fæminis non forficulatum — *Caliptera,* in utroque sexu, non amplissima, nec scutello sat longiora.

† *Antennæ* brevissimæ — *Peristomium* sub oculos, setis validis totum hirtum. Gen. 60. (*a*) Fortisia *Mihi.*

†† *Antennæ* plus minusve elongatæ et sì aliquando breves, tunc peristomium sub oculos, setis validìs, saltem in medio denudatum.

H Series frontales setarum etc. etc.

Char. Gener.

Oculi pilosi vel pubescentes, in fronte maris, orbitis subcontiguis — *Antennæ* contra, non manifeste supra medium oculorum insertæ, satis breves, articulo tertio parum longiore præcedente: *Arista* nuda — *Setæ* frontales non descendentes in genis ultra apicem articuli secundi antennarum; in fronte maris series duas, fæminæ quatuor constituentes — *Orales* non ad medium facei assurgentes — *Peristomium* sub oculos distinete productum, setis, validis totum hirtum — *Alarum* spinula costalis distinctissima: vena quinta longitudinalis angulatim flexa, et prope costalem quartæ conjuncta, angulo non distincte appendiculato — *Abdominis* segmenta intermedia setis etiam non nullis discoidalibus prædita; ultimo setis fere toto hirto — *Caliptera* latitudine ordinaria — *Anus* fæminæ non forficulatus.

Spec. Italica unica. 1. Phæda *Wdm.*

Observ. et Synon:

Sp. 1. F. Phæda *Wdm. Mgn.* (*non Macq.*)

V. Descript. in op. Meigenii, cui adde:

Præter ea quæ in generica diagnosi transcripsi: *Arista* brevissime ad basim incrassata — *Alarum* vena secunda longitudinalis non distincte producta ultra transversam anteriorem: quinta a cubito ad apicem vix flexa: transversa exterior magis distat ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis — *Calipter*a nunc limbo

late fusco-flavido, nunc fere tota, aut omnino albicantia — *Alæ* nunc fuscæ nunc fere limpidæ — *Pedes* in juvenilibus paulo picei.

Rara in Apennino parmensi tempore æstivo.

Genus 60. *(b)* CLISTA *Mgn. Macq. Rndn.* TACHINA *Mgn.*

CHARACT. GENER. (*)

Oculi nudi, in fronte maris approximati, sed orbitis non subcontiguis — *Antennæ* breves, articulo tertio parum longiore secundo — Series frontales setarum in utroque sexu quatuor, quarum duæ in genis descendentes usque ad peristomium — *Caliptera* latitudine ordinaria — *Alarum* spinula costalis sat valida: vena secunda longitudinalis manifeste producta ultra transversam anteriorem:

(*) Notæ præcipuæ distinctivæ CLISTÆ et FORTISIÆ sunt.

A. Setæ frontales in genis descendentes usque ad peristomium Abdominis segmenta intermedia setis discoidalibus destituta.

CLISTA *Mgn.*

AA. Setæ frontales non descendentes in genis ultra apicem articuli secundi antennarum — Abdominis segmenta intermedia setis discoidalibus non nullis instructa.

FORTISIA *Mihi.*

quinta angulatim flexa, et longe a costali quartæ conjuncta — *Abdominis* segmenta intermedia setis discoidalibus destituta — *Anus* fæminæ non forficulatus.

Spec. Italica unica. 1. Mærens *Mgn.*

Observ: et Synon:

Sp. 1. C. Mærens *Mgn. Macq, Rndn:*

V. Descript. Macquartii in Ann: Societ: Ent: Galliæ 1855. cui adde:

Vena quarta longitudinalis spinulosa usque contra apicem secundæ: transversa anterior distincte ante apicem sita secundæ longitudinalis, et Abdominis segmenta intermedia setis nullis discoidalibus manifestis instructa.

Non frequens in agro parmensi: legitur præsertim in planitie, primovere — In Etruria quoque capta a D. Piccioli.

Genus 61. PHORICHETA *Rndn.*

Scopolia *Desv.* 1830. (*) *Mgn. Macq. Zett. Rndn.* — **Ocyptera** *Fall.* — **Tachina** *Mgn. Walck* — **Melanophora** *Maqrt.* S. B.

Char. Gen.

Oculi nudi, in fronte maris, fere ut in fæmina distantes — *Setæ frontales* in utroque sexu, series quatuor constituentes, quarum duæ in genis descendentes, serie non interrupta, usque ad basim oculorum — *Alarum* spinula costæ plus minusve distincta: vena quarta longitudinalis setulosa, saltem usque contra transversam anteriorem: quinta angulatim, flexa, et quartæ ad apicem conjuncta, magis vel minus, longe a costali — *Abdomen* setis discoidalibus præditum in dorso segmentorum intermediorum — *Tarsi* antici in fæmina, paulo latiusculi, in utroque sexu, pulvillis et uncis parvis.

Species Italicæ

A. *Palpi* lutei vel flavescentes.

B. *Vena longitudinalis quarta*, setulosa satis ultra transversam anteriorem.

1. Fuliginaria *Mihi.*

BB. *Vena quarta* longitudinalis setulosa, ad summum, usque contra transversam anteriorem.

C. *Vena quinta* longitudinalis, a cubito ad apicem recta.

2. Prunaria *Mihi* (**)

(Carbonaria *Mgn. non Fall.*)

(*) Hübn 1816 Lepid. et Genera plantarum quinque.

(**) Species nondum in Italia capta, sed hic notata, ut melius congenerum differentiæ appareant.

C. *Vena quinta* longitudinalis, supra cubitum, distincte incurvata.

D. Antennæ angustæ, basi subtestacea — *Venæ* alarum, fusco-limbatæ.

3. Carbonaria *Fall. Zett.* (*non Mgn.*)

D. *Antennæ* sat latæ, et basi quoque nigræ — *Venæ* alarum non manifeste fusco-limbatæ.

4. Lugens *Mgn.*

A. *Palpi* nigri, vel nigricantes.

. *Vena secunda* longitudinalis, distincte producta ultra transversam anteriorem.

5. Lacrimans *Mihi.*

E. *Vena secunda* longitudinalis costalem attingens contra, non ultra, transversam anteriorem.

. *Antennæ* satis angustæ — *Abdomen* nigro-nitens unicolor, etiam ad basim segmentorum.

6. Plorans *Mihi.*
(Costata *Mgn. non Fall.*)

F. *Antennæ* latæ — *Abdomen* basi segmentorum cinerascente, vel albicante.

. *Antennarum* articulus tertius, quadruplo saltem longior secundo — *Vena quinta* longitudinalis a cubito ad apicem subrecta.

7. Succinta *Mgn.*

G. *Antennarum* articulus tertius, triplo fere longior secundo — *Vena quinta* longitudinalis supra cubitum satis incurvata.

8. Tricincta *Mihi.*

Observ: et Synon:

Sp. 1. P. Fuliginaria *Mihi.*

Palpi lutei — *Antennæ* nigræ, angustæ, arista non ad medium incrassata — *Alæ* antice fuliginosæ, costa et limbo venarum fuscioribus — *Vena secunda* longitudinalis, costalem attingens contra transversam anteriorem: *quarta* longitudinalis setulosa, satis ultra transversam anteriorem: *quinta* longitudinalis, quartæ ad apicem conjuncta satis longe a costali, et supra cubitum distincte incurvata, cubito appendicula nulla vel subnulla: *transversa* exterior fere æquidistans ab interiori et a cubito quintæ longitudinalis — *Calyptera* albicantia — *Abdomen* nigro-nitens sub æne-scens — *Pedes* nigri, ut in congeneribus nostris.

Non frequens in agro parmensi tempore æstivo

Sp. 2. P. Prunaria *Mihi.*

Carbonaria *Mgn. Macq. (non Pnz. nec Fall.)*

V. Descript: Carbonariæ in annal: Soc. Ent. Gall: 1855 cui adde.

Antennæ sat longæ et latæ; *arista* fere ad medium incrassata — *Vena secunda* longitudinalis costalem attingens, contra transversam anterioram - *Quarta* setulosa usque contra apicem secundæ — *Quinta* cubito vix appendiculato — *Abdomen* nigro-nitens, non sub ænescens.

Specimen unicum collectionis meæ. a Dom: Schiner missum, in Germania captum.

---

ip. 3. P. Carbonaria *Pnz. Fall. Zett. Walk. (non Mgn. nec Macq.)*

V. Descript: Zetterstedtii, cui adde:

Irista non ad medium incrassata — *Vena secunda* longitudinalis costalem attingens contra transversam anteriorem — *Quarta* setulosa, fere usque contra apicem secundæ — *Quintæ* cubitus appendicula distincta præditus.

Iara, in collibus agri parmensis, tempore æstivo.

---

ip. 4. P. Lugens *Mgn. Macq. Zett. Rndn.*

V. Descript. in op. Meigenii, cui adde:

Antennæ sat latæ; *arista* brevissime ad basim, sed distincte incrassata — *Venæ* alarum manifeste non fusco-limbatæ: *secunda* longitudinalis contra transversam anteriorem costali conjuncta; *quarta* spinulosa circiter usque contra apicem secundæ; *quintæ* cubitus appendicula parva instructus.

---

ip. 5. P. Lacrimans *Mihi.*

Palpi nigri — *Antennæ* mediocres, nigræ: *arista* ultra medium incrassata — *Alæ* fuscescentes, costa fusciore, et venis fusco-limbatis: *secunda* longitudinalis distincte producta ultra transversam anteriorem: *quarta* spinulosa circiter usque contra apicem primæ, non usque contra apicem secundæ: *quinta* supra cubitum incurvata, cubito non appendiculato: *transversa exterior* magis distat ab interiori, quam a cubito quintæ longitudinalis — *Abdomen* totum nigro-nitens, etiam basi segmentorum; cætera ut in affinibus.

peciei istius exemplaria duo misit D. Schembri ab insula Melita.

Sp, 6. P. Plorans *Mihi.*

Costata *Mgn? Macq? (non Fall,)*

V. Descript. *Costatæ* Macq: in ann: Soc. Ent: Gall. 1855.

Quæ convenit speciei nostræ, excepta vena transversa exteriore, in specimine parmensi, magis distante ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis, et non, ut ait Macquartius ab illa et isto æquidistante.

Adde diagnosibus auctorum:

Antennæ satis angustæ, nigræ, ad conjunctionem articulorum secundi et tertii rufescentes — *Arista* ultra medium incrassata — *Alæ* dilute fuscæ, costa parum fusciore venis non fusco-limbatis — *Secunda* longitudinalis costalem attingens contra transversam anteriorem: *quarta* setulosa fere usque contra apicem secundæ: *quinta* cubito distincte appendiculato.

Unicum exemplar speciei in collibus agri parmensis legi tempore æstivo

---

Sp. 7. P. Succincta *Mgn.*

V. Descript: in opere Auct. s. c. Vol. 7. cui adde:

Antennæ latæ — *Arista* ad medium circiter incrassata — *Vitta frontalis* picea — *Alæ* paulo fuscæ, costa parum fusciore, et venis non fusco-limbatis — *Vena quarta* longitudinalis setulosa ultra transversam anteriorem, ista circiter contra apicem secundæ longitudinalis sita: *quinta* longitudinalis a cubito ad apicem subrecta, cubito non appendiculato: *transversa exterior* fere æquidistans ab interiori et a cubito quintæ longitudinalis.

n collectione D. Mussino exemplar speciei inveni, nescio si in Liguria vel in Pedemontio captum.

Sp. 8. P. Trincincta *Mihi.*

Spec. facile ab aliis distinguenda, *Antennis* brevioribus, articulo tertio, triplo tantum, et non quadruplo et ultra longiore secundo — *Abdomine*, segmentis tribus basi totis cinerei fasciatis — *Vena quinta* longitudinali, propius costali, quartæ conjuncta etc.

Præterea, *Palpi* nigri — *Arista* non ad medium incrassata: — *Alæ* parum infuscatæ, costa, et limbo venarum vix fuscioribus — *Vena quarta* longitudinalis setulosa usque contra transversam anteriorem — *Secunda* costali connexa contra venulam ipsam transversariam — *Quinta* supra cubitum satis incurvata, cubito acuto, sed appendicula non distincta — *Transvèrsa* exterior intus arcuata, et magis distans ab interiori quam a cubito quintæ longitudinalis — *Caliptera* paulo fusco-limbata — *Abdomen* nigro-subæneum etc.

Rarissima mense majo in collibus agri parmensis.

Genus 62. ISTOGLOSSA *Rndn.* (*)

CHAR. GEN.

Oculi nudi — *Antennæ* satis supra medium oculorum insertæ: articulo secundo brevissimo, tertio longissimo. — *Arista* brevior antennis, articulo penultimo longiusculo, circiter crassitie, duplo longiore — *Setæ frontales* non ultra radicem aristæ descendentes: *orales* supra vibrissas, vix ullæ — *Proboscis satis ultra epistomium elongata*, solida, exilis, sed non exilissima. — *Alæ*, spinula costali subnulla: vena quinta longitudinali angulo rotundato flexa, et longe a costali quartæ conjuncta: cubito non appendiculato. — *Abdomen* setis discoidalibus destitutum, et in segmentis duobus primis, etiam marginalibus nullis.

SPEC. ITALICA unica 1. PUELLA *Rndn.*

Observ: et Descript:

Sp. 1. I. PUELLA *Rndn.* *Long. Mill.* 4. (*Fœm.*)

Caput albicans, vitta frontali rufescente — *Antennæ* nigræ, basi articuli tertii, et secundo partim subrufis: *arista* fere usque ad apicem crassiuscula — *Corpus* nigricans, grisei leviter adspersum, thorace vittis, abdomine tessellis nigricante-nitidis — *Caliptera* albida — *Alæ* limpidæ: *vena secunda* longitudinali satis producta ultra transversam anteriorem: exteriore fere æquidistante ab interiori et a cubito quintæ longitudinalis — *Pedes* nigri.

Fæminas tantum inveni mense junio in collibus et planitie agri parmensis sat raro: mas ignotus.

(*) In ordinatione reformata genus istud ERYNNIIS postponendum et longe ab iisdem locandum.

Proximum Clausicellæ Rndn. (Prod. 3. P. 21.) a quo differt longitudine *proboscidis*; et distantia *venæ* longitudinalis *quintæ* a costali; nec non absentia *sètarum* in dorso segmenti secundi Abdominis.

Genus 63 (*a*) **CESTONIA** *Mihi* (*).
Erynnia *p. Rndn.*

Char Gen.

Oculi nudi — *Series orales* setarum non ultra medium faciei ascendentes: *frontales* contra, sed non ultra radicem aristæ in genis descendentes — *Antennæ* supra medium oculorum insertæ, articulo tertio circiter bilongiore secundo *Alarum* spinula brevissima: vena *quinta* longitudinalis angulatim flexa et longe a costali quartæ conjuncta — *Abdomen* setis discoidalibus in segmento secundo destitutum.

Maris *Setæ* frontales majores in seriebus duabus dispositæ præter alias minores, omnes retro flexæ.
Tarsi pulvillis et uncis longioribus.

(*) Genus ab Erynniis sejunctum, quæ juxta characteres in Prodromo allatos, species valde et sic diversas continent, ut pro aliquibus necessaria cognoscatur generum institutio, quæ ut sequitur distinguo et nuncupo.

A. *Setæ orales* ultra medium faciei non assurgentes — *Antennæ* articulo tertio ad summum bilongiore secundo.

Gen. 63. (a) Cestonia *Mihi.*

AA. *Setæ orales* supra medium faciei distincte assurgentes, si raro ad medium tantum, tunc *antennarum* articulus tertius saltem trilongior est secundo.

b. *Oculi* nudi — *Abdomen* macrochetis discoidalibus præditum in dorso segmentorum intermediorum.

Gen. 63. (b) Erynnia *Desv.*

bb. *Oculi* pilosuli — *Abdomen* in segmentis intermediis setis discoidalibus destitutum.

Gen. 63. (c) Schembria *Mihi.*

Fæminæ, *frons* series quatuor setarum præbens, exterioribus antice incurvatis — *Abdomen* segmento ultimo sub-acuminato.

Spec. Italica unica. 1. Cjneraria *Mihi.*

Observ: et Descript.

Sp. 1. C. Cineraria *Mihi.* *Long. Mill.* 3 - 4.

Mas: Griseo-cinerascens, *vitta frontali* picea — *Palpis*, parvis, testaceis — *Antennis* nigricantibus, articulo tertio duplo circiter longiore secundo: *arista* ad basim breviter incrassata — *Calipteris* albidis — *Alis* sublimpidis, *vena secunda* longitudinali sat producta ultra transversam anteriorem: *quarta* vix setulis aliquibus ad radicem prædita: *quinta* supra cubitum paulo incurvata: *transversa* exteriore fere æquidistante ab interiori et a cubito quintæ longitudinalis — *Abdomine* cinerascente, ad marginem posteriorem segmentorum, maculis tribus latis nigricantibus, una dorsuali, duabus lateralibus, et linea exili albida in ventræ distincta — *Pædibus* nigris, tibiis posticis, setularum sub-æqualium serie ciliatis.

Fæminæ margo segmentorum postice late nigricans, non nigro- maculatus, et linea sub-albida marginali etiam in dorso manifesta — Cætera circiter ut in mare.

Non fræquens a Julio ad Augustum in collibus agri parmensis.

Genus 63. (b) **ERYNNIA** *Desv. Rudn.*
Fallenia *p. Macq.* a. s. e. — **Metopia** *p. Macq.* S. B. — **Tachina** *Fall. Zett.*

Char Gen.

Oculi nudi — *Antennæ* supra medium oculorum insertæ, sat longæ, articulo tertio saltem quadrilongiore secundo — *Setæ orales* ultra medium faciei, vel saltem ad medium assurgentes: *frontales* contra apicem circiter articuli secundi antennarum descendentes — *Alarum* spinula costalis plus minusve longa et valida: *vena quarta* longitudinali vix setula aliqua ad radicem prædita: *quinta* angulo non appendiculato, et quartæ conjuncta parum vel sat longe a costali — *Abdominis* macrochetæ discoidales aliquæ in segmentis tribus adsunt — *Pedes* maris, pulvillis et uncis tarsorum parum longioribus.

Species Italicæ

A. *Setæ orales* supra medium faciei distincte ascendentes, fere usque ad frontales.

B. *Arista* ad medium circiter, et non satis ultra medium incrassata = *Vena quinta* longitudinalis quartæ connexa longe a costali.

Sp. 1. Vibrissata *Mihi.*

BB. *Arista* satis ultra medium, seu fere usque ad apicem inrassata — *Vena quinta* longitudinalis quartæ conjuncta parum longe a costali.

Sp. 2. Aristata *Mihi.*

AA. *Setæ orales* parum ultra medium faciei ascendentes, et longe a frontalibus sistentes.

C. *Antennæ* artículo tertio satis breviore non ad epistomium porrecto, et in masculo sat latiore.

Sp. 3. ANTENNATA *Mihi.*

CC. *Antennæ* articulo tertio, satis longo usque ad epistomium descendente; in mare non latiore.

Sp. 4. NITIDA *Desv.*

Observat: et Descript:

Sp. 1. E. VIBRISSATA *Mihi.* *Long. Mill.* 3-4.

Nigra nitida, *capite* sub-albido, et *thorace* paulo cinerascente — *Vitta frontalis* nigra opaca — *Antennæ* sat longæ, articulo tertio quadruplo et ultra longiore secundo: *arista* ad medium circiter incrassata — *Setæ orales* supra medium faciei fere usque contra originem aristæ assurgentes — *Palpi* clavati, nigri — *Caliptera* albida, limbo sæpe paulo fusco — *Alæ* sublimpidæ, costa aliquantulum fuscescente: *vena quinta* longitudinali; quartæ ad apicem conjuncta longe a costali: *quarta* vix setulis aliquibus ad radicem prædita: *secunda* distincte producta ultra transversam anteriorem — *Abdomen* unicolor. — *Pedes* ut in congeneribus nigri.

Rara in agri parmensis collibus, a Majo ad Julium.

Sp. 2. E. Aristata *Mihi.* *Long. Mill.* 5.

Similis Vibrissatæ, at paulo major et distinctissima: *Antennarum* articulo tertio magis longiore secundo — *Vitta frontali* ferruginea saltem antice — *Arista* fere usque ad apicem incrassata — *Palpis* mediocribus, testaceis — *Alarum* vena quinta longitudinali prope costalem quartæ conjuncta etc.

Præterea *vena quarta* spinulosa usque contra apicem primæ: secunda distincte producta ultra transversam anteriorem — *Abdomen* cingulis albicantibus angustis ad basim segmentorum — *Setæ orales, caliptera, pedes,* circiter ut in præcedente.

Raro lecta mensibus Julio et Augusto in collibus agri parmensis.

Sp. 3. E. Antennata *Mihi.* *Long. Mill.* 3.

Setæ orales, non ultra medium faciei assurgentes — *Palpi* nigricantes — *Antennæ* articulo tertio satis longo, et amplissimo, inferne subrotundato — *Arista* ad medium circiter incrassata, et statim ultra medium attenuata — *Caliptera* alba — *Alæ* sublimpidæ etiam ad costam — *vena secunda* longitudinali, non distincte producta ultra transversam anteriorem: *quarta* setulis paucis ad radicem instructa: *quinta* non longe a costali quartæ conjuncta — *Abdomen* unicolor, nigro-nitens.

Unicam fæminam inveni in planitie parmensi, tempore æstivo.

Sp. 4. E. NITIDA *Desv.*

PETIOLATA *Macq Rndn.*

Similis præcedenti, a qua tamen statim distinguenda articuli tertii *antennarum* latitudine ordinaria, et longitudine paulo minore, et *arista* longius incrassata:

Præterea — *vena secunda* longitudinalis alarum manifeste producta ultra transversam anteriorem, et *quinta* propius costali quartæ conjunta — Cætera vero circiter ut in *Antennata.*

Non rara, in collibus et planitie agri parmensis, a Majo ad Julium.

Genus 63. (c) **SCHEMBRIA** *Mihi.*

FALLENIA (1) *Mgn. T. 7. Macq. A. S. E.* 1855.

CHAR. GEN.

Oculi pilosi — *Series orales* setarum ultra medium facei assurgentes: frontales usque ad radicem aristæ, non ultra descendentes — *Antennæ* elongatæ, articulo tertio circiter trilongiore secundo — *Alarum* vena quinta longitudinalis angulatim flexa, et non longe a costali quartæ conjuncta — *Abdominis* segmenta intermedia setis discoidalibus destituta — *Vena* transversa exterior sat distans ab interiori, et proxima cubito quintæ longitudinalis (2).

(1) FALLENIÆ nomen, in Bombylidiis genus distinguit: inde hic mutandum.

(2) Characteres duo ultimi, setarum discoidalium, et distantiæ venæ transversæ exterioris ab interiori non conveniunt FALLENIIS Meigenii, quæ forte generi distincto referendæ sunt, etiam longitudine articuli terti antennarum considerata, in istis majore.

Spec. Italica unica. 1. Meridionalis *Mihi*.

Observat: et descript.

Sp. 1. S. Meridionalis *Mihi* — *Long Mill*. 5. (*Fœm.*)

Caput albidi nitens, vitta frontali fusco- rufescente — *Palpi* lutei — *Antennæ* apice nigricante, articulis primis et basi tertii fusco-rufis: *arista* ad medium circiter incrassata, articulo radicali brevi, rufescente. — Corpus grisescens; *thorace* nigro-quadrivittato; *scutello* limbo rufescente: *Abdomine* fusco-tessellato, et limbo postico segmentorum, linea sub-albida, in ventre marginato: segmentis intermediis *setas discoidales* non præbentibus: primo etiam marginalibus destituto; secundo duabus tantum instructo ad marginem posticum — *Alæ* vix grisescentes, *vena secunda* longitudinali últra transversam anteriorem sat producta, *quarta* ad radicem setulis 4-5 prædita: *quinta* supra cubitam incurvata: *transversa exteriore* sinuosa — *Pedes* rufescentes, tarsis, et basi femorum in parte supera nigris.

Fœminam tantum observavi a D. Schembri missam, et in insula Melita captam.

Genus 64. GEDIA. *Mgn. Rndn.*
Tachina *Mgn,*

Char. Gen.

Oculi pubescentes, in fronte etiam maris distantes — *Antennæ* longiusculæ, supra medium oculorum insertæ, articulo secundo duplo circiter breviore tertio — *Arista* nuda — *Setæ frontales* usque ad radicem aristæ in genis productæ: *orales* supra medium faciei assurgentes; *genæ* ut peristomium setosæ, vel pilosæ — *Alarum* spinula costalis valida: vena secunda longitudinalis valde producta ultra transversam anteriorem; quinta angulatim flexa, et prope costalem quartæ conjuncta: transversa exterior satis distans ab interiori et proxima cubito quintæ longitudinalis — *Abdomen* disco segmentorum setis hirto — *Unci* et *pulvilli* tarsorum in mare sat longiores.

Species Italicæ

A. *Genæ* setis plus minusve validis hirtæ — *Palpi* nigricantes.

Sp. 1. Parmensis *Mihi.*

AA. *Genæ* pilosulæ non setis validis hirtæ — *Palpi* rufescentes:

Sp. 2. Connexa *Mgn.*

Observ: et Synon:

Sp. 1. G. Parmensis *Mihi.* *Long. Mill.* 7 - 9.

Similis *Connexæ* Meigenii, tamen sat distincta.

1.° *Genis* setosis, seu setis plus minusve validis, non pilis tantum instructis.

2.° *Palpis* nigricantibus, vel piceis vel fusco ferrugineis, non luteis nec testaceis.

3.° *Abdomine* setis aliquibus distincte validioribus inter discoidales plurimas, in utroque sexu.

Non rara in planitie et collibus agri parmensis, a Majo ad Octobrem.

Sp. 2. G. Connexa *Mgn. Rndn.*

V. Descript. in op. Meigenii, cui adde;

Genæ pilis vel setis exilibus instructæ — *Palpi* lutescentes vel testacei — *Setæ* subnullæ in disco segmentorum abdominalium, vel omnes brevissimæ sub-æquales.

Non rara in ditione parmensi, præsertim collina, tempore autumnali.

Genus 65. RHAMPHINA. *Macq. Mgn.*
ALBERTIA *Rndn.* (*) STOMOXIS *Mgn.*

CHAR. GEN.

Palpi maris filiformes, fæminæ clavati et fere spathuliformes – *Oculi* nudi, in fronte etiam maris distantes — *Antennæ* elongatæ, articulo secundo triplo fere breviori tertio — *Setæ frontales* in utroque sexu series quatuor constituentes, exterioribus antice incurvatis; interioribus ultra apicem articuli secundi antennarum non descendentibus: *orales* parum in genis assurgentes — *Proboscis* longissima, solida, filiformis — Alarum *Spinula costalis* valida: *væna quinta* longitudinalis angulatim flexa angulo appendiculato, et prope costalem quartæ conjuncta: *transversa exterior* satis proxima cubito quintæ longitudinalis — *Abdomen* setis discoidalibus robustis præditum.

SPEC. ITALICA unica. 1. PEDEMONTANA *Mgn.*

(1) Genus a me institutum, RAMPHINAS Macquartii S. F dividendo, et olim inter amicos cum exemplaribus speciei typicæ diffusum hoc nomine distinctum inde etiam in opellis meis postea adoptatum; nunc tamen puto, nomen RAMPHINÆ præponendum esse, quia typis prius evulgatum: sed ejusdem diagnosis reformanda, nam illæ auctorum, characteribus sexus unius, conditæ fuerunt.

Observat: et Synon:

Sp. 1. R. Pedemontana *Mgn. Macq. Rndn.*

V. Descript. maris in oper. Meigenii, et fæminæ in ann: Soc: Entom: Galliæ 1848: quibus adde:

Arista sub-pubescens, satis ultra medium, et distincte incrassata, articulo radicali distincto. — *Antennarum* articuli primi fusco-rufi — *Palpi*, in mare, picei, in fæmina fusco-rufi. — *Scutellum* fusco-testaceum — *Alarum* vena transversa exterior satis sinuosa — *Abdomen* segmento primo non setigero; in mare nigrum, grisei adspersum, tessellis nigricantibus; in fæmina rufum, albidi nitens, vitta dorsuali nigricante etc.

Utriusque sexus descript. vide, in diariis « *Nuovi annali* delle scienze naturali di Bologna 1843.

Sp: non rara in Apennino elatiori parmensis ditionis, tempore æstivo; a Doct. Bertéo et a me lecta, in pascuis, et floribus sylvestribus. — In Pedemontio quoque vivit.

Genus 66. MARSILLIA *Mihi.* (1)

Char. Gener.

Oculi pilosi — *Setæ frontales* in genis descendentes satis ultr radicem aristæ: *orales* vix vel non ad medium faciei as surgentes — *Antennæ* longiusculæ, supra medium ocu lorum insertæ; articulo tertio, non duplo longiore se cundo aut vix duplo — Alarum *spinula costalis* distin cta, sed parva: *vena secunda* longitudinalis satis produ cta ultra transversam anteriorem: *quinta* angulatim flex et prope costalem quartæ conjuncta; angulo, *appendic longa, spuria* sed distinctissima prædito: *transversa ex terior* satis distans ab interiori — *Abdomen* setis aliqui bus discoidalibus instructum, saltem in segmento tertio segmento ultimo, apice late setoso-

Species Italicæ

A. Palpi et basis antennarum rufescentes.

1. Collina *Mihi.*

AA. Palpi ut antennæ totæ nigri.

2. Vallina *Mihi.*

(1) Pro speciesus nuper inventis genus hoc institui, section O. Prodromi pertinentibus, ab affinibus satis diversis et præcipu distinctis; *Setis frontalibus* satis ultra radicem aristæ descen dentibus. et *cubito venæ quintæ* longitudinalis, appendice spu ria, sed longa et distinctissima instructo.

Observ: et Descript.

Sp: 1. B. Collina *Mihi*. *Longit. Mill.* 7. (fæm.)

Caput album, vitta frontali nigra — *Setæ* ocellares distinctissimæ — *Antennarum* articuli primi rufo-testacei, tertio, cum arista nigro — *Arista* ad medium circiter incrassata — *Palpi* porrecti, crassiusculi, testacei — *Thorax* grisescens, vittis quatuor nigricantibus. — *Scutellum* griseum, apice paulo testaceo — *Caliptera* albissima — *Alæ* sublimpidæ: vena quinta supra cubitum vix flexa; transversa exteriore subrecta — *Abdomen* nigro-nitens, fasciis tribus albicantibus, latis, ad basim segmentorum: setis marginalibus, in segmentis primo, et secundo duabus; discoidalibus in segmento tertio tantum, nonnullis distinctis — *Pedes* nigri.

Snel fæminam speciei legi, mense Augusto, in collibus subapenninis agri parmensis.

S. 2. M. Vallina *Mihi*. *Longit. Mill. fere* 5. (fæm.)

(fæm.) *Caput* albicans, vitta frontali atra: *Setæ* ocellares ordinariæ non manifestæ — *Antennæ* nigræ, articulo ultimo ante medium paulo dilatato, et duplo fere longiore præcedente — *Arista* circiter ad medium incrassata — *Palpi* nigri — *Alæ* limpidæ; spinula costali parva: vena quinta longitudinali supra cubitum incurvata, et quartæ conjunta satis prope costalem, fere in costali: transversa exteriore subrecta —

Caliptera alba — *Scutellum* nigro-nitens etiam apice, paulo cinerascens ut thorax. — *Abdomen* nigro nitidum fascia lata ad basim segmentorum intermediorum, et angusta ad basim segmenti quarti albicantibus. — *Pedes* nigri.

Exemplar fæmineum unicum captum in planitie agri parmensis descripsi.

Genus 66. (b) BONANNIA *Mihi* (1).

CHAR. GEN.

Oculi pilosi, in fronte maris non distincte approximati. — *Setæ frontales* non descendentes ultra radicem aristæ: *orales* parum in genis assurgentes — *Epistomium* non porrectum — *Antennæ* supra medium oculorum distincte orientes, articulo tertio longitudine circiter dupla præce

(1) A Genere Olivieria sejunctum, cui speciem typicam referebam istius, quando fæmina tantum ejusdem mihi nota, sed nunc exemplaribus tribus masculis observatis, necessariam esse cognovi antiqui generis divisionem, istud condendo, ab alio præcipue distinctum characteribus hic notatis.

A. *Antennæ* supra medium oculorum distincte orientes — *Epistomium* non porrectum — *Oculi* maris, fere ut in fæmina distantes.

bb. (b) BONANNIA *Mihi.*

AA. *Antennæ* contra medium oculorum, circiter, insertæ — *Epistomium* distincte porrectum — *Oculi* maris, in fronte orbitis subcontiguis.

bb. (c) OLIVIERIA *Desv.*

dentis: *arista* articulo radicali sub-indistincto — Alarum *spinula costalis* validiuscula: cubitus venæ quintæ longitudinalis, non distincte appendiculatus: conjunctio venæ quintæ cum quarta non distans est a costali. — *Abdomen* setis discoidalibus præditum in segmentis intermediis, apice segmenti ultimi late setoso.

Spec. Italica unica. 1. Monticola *Mihi.*

Observat: et descript.

Sp. 1. B. Monticola *Mihi.* *Long. Mill.* 5-6.

Nigra nitida, *genis* et *fronte* albicantibus, *vitta frontali* atra opaca — *Calipteris* albidis, limbo magis vel minus late fuliginoso — *Alis* in mare griseis, basi infuscata; in fæmina venis quoque fusco limbatis — *Abdomine* vix ad basim segmentorum, et levissime albidi nitente.

Palpi, Antennæ Pedes, Scutellum nigra — *Arista* ad radicem tantum incrassata — *Alarum vena quinta* longitudinalis, supra cubitum, nunc magis, nunc minus flexa: *secunda* ultra transversam anteriorem distincte producta: *transversa exterior* plus minusve sinuosa.

In Apennino parmensi, non frequenter a me capta tempore æstivo.

Gen. 66. (c) **OLIVIERIA** *Desv. Rndn.* (*non Mgn.*)
SERICOCERA *Macq.* — **PANZERIA** *Mgn.*
OCYPTERA *Fabr. Fall.* — **TACHINA** *Mgn. Zett.*
MUSCA *De G. Pnz.*

CHAR. GEN.

Oculi pilosi, in fronte maris satis proximi, orbitis subcontiguis — *Setæ frontales* vix ad apicem articuli secundi antennarum descendentes; *orales* in genis parum ascendentes — *Epistomium* distincte porrectum — *Antennæ* non manifeste supra medium oculorum insertæ; articulo tertio parum longiore secundo — *Arista* sub-pubescens, articulo radicali distincto — Alarum *spinula* costalis valida: *vena quinta* longitudinalis, quartæ conjuncta prope costalem, vel in costali et aliquando sejunctim, costalem attingens; angulatim cubitata, cubito non apendiculato — *Abdomen* setis discoidalibus præditum: segmento ultimo seriebus duabus setarum ad apicem instructo.

SPEC. ITALICA unica. 1. RUFOMACULATA *De.G.*

Observ. et Synon:

Sp. 1. O. RUFOMACULATA *De G.*
LATERALIS *Fabr. Fall. Pnz. Mgn. Macq. Zett. Walk. Rndn.* — TACHINARIA *Fall.*

V. Descript. in op: Zetterstedtii, T. Lateralis, cui adde: *Vena secunda* longitudinalis alarum, vel satis, vel parum, vel nihil ultra transversam anteriorem producta: *Quinta* sæpius ante costalem, aliquando in costali quartæ

conjuncta, raro sejunctim ambæ costali productæ — *Abdominis* refuscentia aliquando latera segmenti primi tota occupans, aliquando basi nigra — *Pedes* in aliquo specimine picei, non nigri, etc

Vulgaris in Italia boreali et media: in agro parmensi ab Aprile ad Septembrem etiam in Appennino legitur.

Genus 67. OCYPTERULA *Rndn.*

Ocyptera *Fall. Mgn. Zett.*

Char. Gen.

Oculi nudi, in fronte maris non satis propinqui — *Setæ frontales* ultra originem antennarum non manifeste productæ: *orales* parum in genis assurgentes — *Palpi* subnulli — *Oris* margines inferne setis ciliati — *Antennæ* supra medium oculorum insertæ — *Arista* in mare ad apicem dilatata seu incrassata distincte — *Abdomen* setis discoidalibus destitutum, segmento ultimo, in maribus, serie transversa setarum prope apicem marginato, in fæminis, segmentis omnibus, etiam ultimo, in dorso bisetosis tantum. — *Tarsi* et *Pulvilli* tarsorum, parum in masculis longiores.

Spec. Italica unica. 1. Pusilla *Mgn.*

Observ: et Synon:

Sp. 1. O. PUSILLA *Mgn. Zett. Rndn.* (*non Macq.*).
INTERRUPTA *Meig. Zett.* — CYLINDRICA *Fall.*

V. Descript: O. Interruptæ et O. PUSILLÆ in op. Zetterstedtii:

Quarum una varietas est fæminæ alterius, colore abdominis sat mutabili, ut corporis statura.

Variat etiam vitta nigra dorsuali nunc integra, nunc magis vel minus late interrupta; et aliquando dilatata observatur in segmento primo, vel in secundo, vel in uno et altero.

Frequenter legitur in agro parmensi a Junio ad Augustum tam in planitie quam in montuosis: flores umbellatarum diligit. Florentiæ quoque capta a D. Piccioli.

Genus 68. OCYPTERA *Latr. Fabr. Fall. Mgn. Macq. Zett. Walk. Löew. Rndn.*
MUSCA *Lin. De.G. Rossi.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus distantes — *Setæ frontales* ad radicem antennarum sistentes: *orales* supra vibrissas paucæ et parvæ, sub vibrissas etiam in parte infera peristomii decurrentes — *Antennæ* supra medium oculorum insertæ: articulo tertio ad summum triplo lon-

giore secundo: *Arista* in utroque sexu setacea, non in mare ad apicem incrassata — *Palpi* indistincti — *Tarsi*, in mare, pulvillis et uncis sat longioribus — *Femora* in eodem sexu inferne setis pluribus et validis instructa, in fæmina subnullis — *Abdomen fæminæ* in segmento penultimo setis 4 vel sex tantum marginalibus præditum; ultimo serie setarum sub apicali cincto, in utroque sexu.

Species Italicæ

A. *Abdomen* setis discoidalibus et marginalibus instructum.

B. *Abdomen* niger, segmentis primo (*), et secundo lateribus rufis.

Sp. 1. Mussinii *Mihi.*

BB· *Abdomen* rufo-rubescens, vix basi magis vel minus anguste, vittaque abbreviata nigris.

Sp. 2. Bicolor *Oliv.*

AA. *Setæ abdominis* vel marginales, vel discoidales tantum adsunt.

C. *Antennæ* totæ nigræ, vel vix aliquando articuli secundi apice paulo rufescente.

D. *Setæ dorsuales* segmenti primi abdominis sub æque distantes a basi et apice segmenti proprii — *Antennæ* articulo tertio circiter trilongiore secundo.

Sp. 3, Alpestris *Mihi.*

(*) Segmentum etiam adest radicale, minimum et ægre observandum, quod non consideratur, et primum dicitur illud primo sat distinctum et longum.

DD. *Setæ dorsuales* segmenti primi abdominis, sat propius apici quam basi insertæ — *Antennarum* articulus tertius circiter bilongior secundo, vel paulo minus.

E. *Aristæ* articuli duo radicales distincti — *Antennarum* articulus tertius bilongior secundo.

Sp. 4. Brassicaria *Fabr.*

EE. *Aristæ* articulus unicus radicalis distinctus — *Antennarum* articulus secundus longior medietate tertii.

*. *Venter* in utroque sexu forma ordinaria, seu non gibbosus — Cubitus venæ quintæ appendiculatus — Vena secunda sat producta ultra transversam anteriorem.

Sp. 5. Cylindrica *Fabr.*

**. *Venter*, saltem in fæmina, gibba spinulosa distinctissima præditus — Venæ quintæ cubitus non appendiculatus. Vena secunda contra transversam anteriorem costalem attingens.

Sp. 6. Piccioli *Mihi.*

CC. *Antennæ* plus minusve late rufescentes, etiam in articuli tertii latere interiori, vel basi.

F. *Caput* flavo-sericeum — *Antennæ* intus per totam longitudinem rufæ.

Sp. 7. Auriceps *Mgn.* (*)

FF. *Caput* albidi sericeum — *Antennæ* intus partim et non per totam longitudinem rufæ.

G. *Aristæ* articuli duo radicales distincti — *Venæ quintæ* longitudinalis cubitus, appendicula venosa præditus.

Sp. 8. Tincticornis *Mihi.*

(*) Nondum in Italia capta, sed in serie specierum locata ut affinium distinctio melius appareat.

GG. Aristæ articulus unicus radicalis distinctus. — *Venæ quintæ* longitudinalis cubitus, non appendiculatus.

Sp. 9. Excisa *Löev.*

Observ: et Synon:

Sp. 1. O. Mussinii *Mihi* *Longit. Maris. Mill.* 8

Caput flavo-sericeum præsertim in fronte, genis inferne albicantibus, vitta frontali, et limbo peristomii prope orem nigricantibus — *Antennæ* nigræ, articuli secundi apice, et ima basi tertii rufescentibus. — *Aristæ* articuli duo radicales sat breves sed distincti — *Abdomen* nigrum, lateribus segmentorum primi et secundi rufis: in singulo segmento setis duabus discoidalibus, præter marginales instructum — *Alæ* griseæ basi flavescente: venæ quintæ longitudinalis cubito appendicula venosa, non spuria, prædito. — *Caliptera* alba — *Pedes* nigri etc ut in affinibus.

Masculum in Liguria captum prius observavi in collectione D. Mussino, et in posterum aliud exemplar sexus ejusdem ab Etruria a D. Piccioli missum.

Sp. 2. O. Bicolor *Oliv. Macq.*

Coccinea *Mgn.* — Pentatomæ *Desv.*

V. Descript. in op. Meigenii, cui adde:

Segmenta tria abdominis, *setis duabus discoidalibus* præter

marginales instructa — *Venæ quintæ* longitudinalis cubitus, appendice non spuria et longiuscula præditus.

Fæminæ abdomen, aliquando, setas discoidales parvas vel subnullas possidet.

Vulgaris in agro parmensi a Majo ad Septembrem, tam in planitie quam in montuosis.

Nòn rara videtur etiam in aliis provinciis italicis, nam ejusdem exemplaria non raro accepi; Pedemontii a Prof: Bellardi, Insubriæ a Com. d' Arco et a Villa: Etruriæ D. Piccioli; agri Tridentini a D. De Bertolini.

Sp. 3. O. Alpestris *Mihi* Fæm. *Long*. *Mill*. 11.

Caput albo-sericeum nigri nitens, vitta frontali atra opaca *Antennæ* nigræ conjunctione articulorum vix rufescente; articulo secundo sat breve, quadruplo fere breviore tertio, isto basi angustiore. — *Arista* articulis duobus radicalibus paulo elongatis et distinctissimis — *Thorax, Caliptera, Alæ, Pedes* ut in congeneribus — Abdominis setæ duæ validæ dorsuales in segmento primo, sub æque distantes a basi et apice segmenti proprii; setæ dorsuales in sequentibus propius apici segmentorum insertæ: basis et vitta dorsualis segmenti primi nigræ, alibi rufi; segmentum secundum totum rufum; tertium et quartum cum genitalibus nigra.

Fæminam speciei in alpibus Insubriæ captam a Clar. De Cristofori olim accepi, et alteram postea misit Celeb. Spinola in alpibus Pedemontanis lectam.

Sp. 4. O. Brassicaria *Fabr. Rossi Fall. Mgn. Macq. Zett. Walk. Rndn.*
Cylindrica *DeG.*

V. Decript. in opere Zetterstedtii, cui adde:

Antennarum articulus tertius circiter bilongior secundo: *Aristæ* articuli duo radicales distincti — *Abdominis* vitta nigra dorsualis, normaliter ad apicem segmenti primi non producta et postice plus minusve acuminata, etiamsi rarissimo in segmento secundo producta; numquam ad suturam segmenti primi cum secundo recte obtruncata, nec ad latera dilatata — Venter in medio nudus vix ad apicem setosus.

Vulgaris in Italia boreali et Media. In Pedemontio a Bellardi et Mussino, in agro Tridentino a D. De Bartolini. In Insubria a Prof. Erra et Villa, ad Tergestum a D. Schiner.

Legitur a Majo ad Septembrem in ditione parmensi tam in planitie quam in montuosis.

Sp. 5. O. Cylindrica *Fabr. Mgn. Macq. Zett. Walk.*
Intermedia (var.) *Mgn.* — Scalaris (var.) *Löev.*

V. Descript: in op. Zetterstedtii, cui adde:

Antennarum articulus secundus plus vel minus longior medietate tertii, non duplo brevior. — *Aristæ* articulus

radicalis unicus distinctus — *Abdominis* vitta nigra dorsualis aliquando in segmento secundo continuata, aliquando non; sed si ad apicem segmenti primi sistit, hic statim et recte obtruncata est et sæpius etiam ad latera dilatata — Venter vero per totam longitudinem setosus in medio observatur.

Cl. Macquartius credit Oc. *Intermediam* Meigenii varietatem esse *Brassicariæ* Fabricii, sed ni fallor Sp. Meigeniana, varietas est *Cylindricæ* Fabr, non *Brassicariæ.*

Non frequens in agro parmensi tempore æstivo et autumnali — In Insubria quoque lecta a Comite D' Arco, et Venetiis a Com. Contarini.

Sp. 6. O. Picciolii *Mihi.*

Fæmina similis fæm: O. Cylindricæ, tamen statim distinguenda, gibba ventrali spinulosa sat porrecta ad apicem segmenti primi: vena secunda longitudinali contra non ultra transversam anteriorem costali conjuncta et cubito venæ quintæ longitudinalis non manifeste appendiculato nec non genitalibus magis porrectis. Præterea: *Antennarum* articuli secundus et tertius ad conjunctionem paulo rufi. — *Vitta frontalis* prope antennas rufescens — *Abdominis* vitta dorsualis integra etc.

Ab Oc. *Reflexa* (Besseria) Desv. sat difert: et præsertim prominentia unica ventrali, et in segmento primo

non in secundo exserta, et segmentis duobus abdominis ad latera rufis non unico tantum etc.

Semel Doct. Piccioli entomologus Florentinus fæminam misit in Etruria captam.

Sp. 7. O. Auriceps *Mgn.* T. 7,

Descriptioni Cl. Auct. adde:

(Mas.) *Antennæ* intus totæ rufæ vel fere totæ; articulo secundo extrinsecus fusco-rufo; tertio, linea exteriori, apice, et ima basi nigricantibus — Longitudo articuli ultimi saltem dupla præcedentis — *Aristæ* articuli duo radicales brevissimi, primo sub-indistincto — *Vitta frontalis* picea — *Alæ* margine antico fusco sub flavido, et limbo venarum infuscato: cubito venæ quintæ longitudinalis non distincte appendiculato — *Abdomen* ad basim, et segmentis duobus ultimis nigris, primo et secundo rufis vitta dorsuali fusca vel nigricante, et saltem ad basim segmenti primi nigra.

Exemplar collectionis meæ parisiense, a D. L. Fairmaire missum.

Sp. 8. Tincticornis *Mihi.* *Long. Mill.* 9 - 10.

Maris et Fæm: *Caput* albo-sericeum, vitta frontali nigro-fusca vel picea — *Antennæ* nigræ, articulo secundo partim, et basi tertii inferne plus minusve late rufis

— *Aristæ* articuli duo radicales distincti — *Alæ* basi fusco-flavida, costa et limbo venarum infuscatis: cubito venæ quintæ longitudinalis distincte appendiculato, appendice non spuria et longiuscula — *Abdomen* basi et segmentis duobus ultimis nigri; segmento primo vitta dorsuali nigra alibi rufo: secundo vel toto rufo, vel vitta dorsuali fusca aut nigricante; tertio lateribus ad basim aliquando rufescentibus, alibi nigro.

Non frequens in agro parmensi a Majo ad Septembrem. In Etruria quoque lecta a D. Piccioli, et in Pedemontio a Prof. Bellardi.

Sp. 9. O. Excisa *Löev.*

Similis præcedenti a qua certe distincta, præsertim — *Arista* articulo unico radicali manifesto, et *Cubito* venæ quintæ longitudinalis appendice omnino nulla.

Præterea maris et fæminæ, metatarsi antici, sed magis manifeste in mare, ed apicem dilatati-compressi observantur, basi cylindrica.

Fæminam unicam legi mense Junio, in collibus, agri parmensis, et marem Tergestinum a D. Schiner accepi.

Genus 69. EXOGASTER *Rndn.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte utriusque sexus distantes — *Setæ frontales* ad radicem aristæ descendentes: *orales* nullæ exceptis vibrissis duabus parvis et exilibus; *peristomio* quoque ad marginem oris, setis destituto — *Antennæ* sat longæ et angustatæ, articulo tertio saltem quintuplo longiore præcedente — *Abdomen* fæminæ subtus satis elevato-carinatum; maris versus apicem dilatato-compressum et incrassatum. — *Tarsi* fœminæ paulo dilatato-depressi, articulis exterioribus subquadratis; uncis et pulvillis minimis. — Cætera fere ut in Ocypteris; palpis etiam subnullis.

SPEC. ITALICA unica 1. CARINATUS *Rndn.*

Observat. et descript:

Sp. 1. E. CARINATUS Rndn. *Long. Mill.* 9 - 11.

Genæ et *facies* albido-sericeæ; *frons* flavescens vitta fulvescente — *Antennarum* articuli primi partim, et tertius plus minusve late ad basim fulvo-rufescentes — *Arista* articulis duobus radicalibus brevibus sed distinctis, tertio ad basim incrassato — *Alæ* costa in parte basali flavida, postice limbo infuscato, ed apicem versus fusciores — Vena quinta longitudinali cubito appendiculato, appendice non spuria et longiuscula — *Abdomen* setis marginalibus tantum instructum; lateribus in medio plus minusve late flavo-te-

staceis, segmenti primi basi et vitta supera, secundi vitta dorsuali, tertii apice late, quarto toto ut genitalia nigris — *Pedes* nigri — *Squamæ* albæ etc.

Sat raro lecta in collibus agri parmensis, tempore æstivo.

Genus 70. (1) **MINTHO** *Desv. Rndn.*

Sericocera *Macq.* — **Dexia** *Mgn. Zett.*
Ocyptera *Fabr. O. Costa* — **Musca** *Fall. Pnz. Scop. Rossi* — Wiedmannia (2) *Mgn.* (*non Zett.*)

Char. Gen.

Oculi nudi, in fronte etiam maris quamvis minus distantes — Antennæ supra medium oculorum insertæ, longæ, articulo tertio longissimo; *arista* breviter pilosula — *Setæ frontales* parum ultra radicem aristæ descendentes: orales in genis paulo assurgentes — *Oris* margines in peristomio inferne setigeri — *Palpi* longi porrecti — *Alarum* vena quarta longitudinalis spinulosa circiter usque

(1) Genus hoc melius in *Dexinis* locandum, ratione aristæ pilosulæ.

(2) Wiedmaniæ nomen non retinendum, quia illud Mintho antiquius est; ideo pro genere in Empidinis a Cl. Zettestedtio proposito Wiedmanniæ vocabulum adoptavi.

contra apicem primæ: quinta angulatim cubitata, cubito appendiculato, appendice longa, non spuria: quarta et quinta ad apicem conjunctis ante costalem: transversa exteriore prope cubitum quintæ longitudinalis sita: *Abdomen* macrochetis discoidalibus et marginalibus instructum *Tarsi,* præsertim antici in utroque sexu, longi, que sexu, longi, compressi, subremiformes, uncis et pulvillis brevissimis.

Species Italicæ

. *Spinula costalis* alarum subnulla — *Vitta frontalis* rufa.

Sp. 1. Præceps *Scop.*

A. *Spinula costalis* alarum valida — *Vitta frontalis* nigricans vel fusco-picea.

Arista rufescens — *Abdominis* vitta nigra dorsualis marginibus rectis, seu in medio ad apicem segmentorum non dilatata.

Sp. 2. Compressa *Fabr.*

B. *Arista* nigra — *Abdominis* vitta nigra dorsualis in medio ad apicem segmentorum plus minusve dilatata.

Sp. 3. Lacera *Rndn.*

Observat: et Synon:

S 1. M. Præceps *Scop: Rossi Rndn.*

Vittata *O. Costa.*

Descript: in Op. Scopolii *Entomol: Carniolica,* quæ tamen sic reformanda.

Frons utriusque sexus lata, in masculo seriebus duabus setarum, in fæmina quatuor, instructa — *Caput* albo-sericeum, vitta frontali fusco-rufa - *Antennæ* nigræ, articulis primis et basi tertii rufis — *Arista* nigra — *Palpi* testacei — *Thorax* cinerascens, vittis superis duabus nigris, latis et in scutello continuatis — *Alæ* griseæ, costa et limbo venarum plus minusve infuscatis: spinula costali subnulla — *Abdomen* rufo-rubescens, compressum, fascia dorsuali nigra, maculis nunc confluentibus nunc sejunctis instructa: maculis ad basim segmentorum latioribus subrotundatis, apice vero postice attenuatis — *Caliptera* sub-albida — *Pedes* coxis et femoribus rufis; tibiis nigricantibus vel piceis; tarsis nigris.

Vulgaris in agri parmensis planitie et montuosis, a Junio ad Septembrem et totius Italiæ incola, nam in collectione mea exemplaria ejusdem adsunt ex omnibus provinciis italicis missa, nec non a Sardinia ab Insula Melita et Corsica.

Sp. 4. M. Compressa *Fabr. Mgn.* (*exclus. Syn. Oc. Rufa Fabr.*) *Macq. Zett. Rndn.*

Rufiventris *Fall.*

v. Descript: optimam in op. Zetterstedtii.

Similis habitu præcedenti at distinctissima.

1.° *Statura* duplo circiter minore.

2.° *Vitta frontali* nigra, vel nigro-picea.

3.° *Arista* saltem partim rufescente in articulo ultimo.

4.° Coxis nigricantibus vel totis vel fere totis, non ut femora rufis.

5.° *Spinula costali* alarum valida.

6.° *Abdomine*, fascia ventrali, et segmento ultimo nigris: et fascia dorsuali integra et lateribus rectis.

Difert a sequente præsertim:

1.° *Statura* minore.

2.° *Fascia* nigra dorsuali sat angusta extra setas duas dorsuales in medio non distincte expansa et ad conjunctiones segmentorum non dilatata.

3.° Abdominis segmento ultimo superne manifeste breviore præcedente etc.

Variat *palpis* et basi antennarum fulvo testaceis et testaceo-fuscis.

Non frequens in agro parmensi ab Augusto ad Octobrem, præsertim in collibus minus rara — In Pedemontio quoque lecta a Prof. Bellardi, et in Etruria a Doct. Piccioli.

---

p, 3. M. Lacera *Rndn.* (Annali di Bologna 1847).

Habitu similis præcedenti, seu *Compressæ* Fabr.; a qua tamen difert, præsertim.

1.° *Fronte* in mare angustiore.

2.° *Arista* articulo tertio toto nigro vel non distincte rufescente.

3.° *Fascia* nigra abdominis latiore et in medio ad apicem segmentorum plus minusve dilatata, inde in medio lateribus angulosis non rectis, et extra setas duas dorsuales sat expansa.

4.° Segmentis duobus ultimi abdominis subæqui longis superque.

Variat *palpis* et basi antennarum paulo infuscatis, non pure

rufis — et Rufescentia laterali abdominis nunc magis nunc minus lata, interdum etiam in segmento quarto extensa, et raro sat angusta et in maculas divisa a dilatatione nigra fasciæ dorsualis.

Non infrequens in planitie e collibus ditionis parmensis, ab Aprile ad Augustum. Lecta quoque in Insubria a fratribus Villa, et in Etruria a D. Pecchioli.

Exemplaria aliqua a Germania et Gallica ejusdem speciei missa fuerunt, nomine distincta *Compressa*.

Genus 71. CYLINDROGASTER *Rndn*

Cylindrosoma *Rndn.* (*).

Panzeria *Mgn.* (non Desv.) — **Sericocera** *Macq*

Char. Gener.

Oculi nudi, in fronte maris satis proximi, orbitis subcontiguis *Antennæ* modice elongatæ, contra, non distincte supra medium oculorum insertæ; articulis secundo et tertio sub-æque longis — *Arista* vix pubescens. — *Genæ* nec piiosæ nec setosæ, præter setas ordinarias — *Palpi* longitudine mediocri, seu non abbreviati nec subnulli —

(*) Rndn. 1856 — Tschd 1838 *Rept.* — Cylindrosomia Rafn 1815 *pisces.*

Setæ frontales non distincte productæ ultra radicem an-antennarum: *orales* supra vibrissas paucæ — *Alarum* spinula costalis validiuscula: vena quarta longitudinali vix ad radicem setulis aliquibus prædita, et apice, ante costalem, quintæ conjuncta: ista angulatim flexa, angulo neque apparenter appendiculato: transversa exteriore magis proxima cubito quintæ long: quam interiori — *Abdomen* subcylindricum, setis marginalibus tantum instructum — *Tarsi* non compressi, et in mare uncis et pulvillis tarsorum manifeste majoribus.

Spec. Italica unica. 1. Sanguinea *Mgn.*

Observ: et Synon:

p. 1. C. Sanguinea *Mgn. Rndn.*

Lateralis Var. *Macq.* (*in Litt.*)

V. Descript. in op. Meigenii, cui adde:

itta frontalis nunc nigricans, nunc picea — *Antennarum* articuli primi non raro plus minusve rufescentes — *Palpi* saltem extrinsecus fusco rufi — *Aristæ* articuli radicales vix distincti. — *Alarum* vena transversa exterior subrecta — *Abdomen* rufescentia laterali nunc magis nunc minus lata — *Pedes* nigri, femoribus ad apicem inferne fusco-rufis.

on rara tempore æstivo, tam in planitie, quam in montuosis agri parmensis.

(Nota) Anctores non nulli sp. istam confundunt cum Oliv: Laterali Meig, nam hoc nomine distincta, exemplaria nonnulla accepi a Gallia et Germania.

Genus 72 (a) **PHYTO** (*) *Desv. Rndn.*

Ptilocera *Desv. Macq. p.* — **Tachina** *Mgn.* — **Rhynophora** *Mgn. p.*

Char. Gen.

Oculi nudi, in fronte maris satis approximati — *Antennæ* sat breves contra medium oculorum insertæ, non distincte supra medium; articulo tertio parum longiore secundo — *Arista* subnuda — *Frons* maris seriebus duabus tantum setarum instructa, ultra radicem antennarum non distincte descendentibus — *Genæ* ut frons partim pilosu-

(*) Genus nunc sic dividendum.

A. *Tibiæ* anticæ in parte anteriori setis validis destitutæ — *Frons* in mare angustissima, et seriebus duabus tantum setarum prædita — *Pulvilli* et unci maris sat majores — G. 72. (a). Phyto Desv.

AA. *Tibiæ* anticæ in latere anteriori setis aliquibus validis instructæ — *Frons* in utroque sexu lata et seriebus quatuor setarum prædita — *Unci* et *pulvilli* tarsorum etiam in mare parvi. G. 72 (b) Savia Mihi.

læ, non omnino nudæ, nec setis validis in serie ordinatis præditæ — *Alarum* vena quinta longitudinalis angulatim flexa, et prope costalem quartæ conjuncta — *Spinula* costalis distincta — *Abdomen* setis etiam discoidalibus instructum, in segmentis tribus, vel saltem duobus ultimis — *Tibiarum* pars anterior setas nullas validiusculas præbet — *Tarsorum* pulvilli et unci in mare satj longiores — *Vena* transversa exterior non magis proxima interiori, quam cubito quintæ longitudinalis.

Spec. Italica unica. 1. Adolescens *Mihi*.

Observat: et descript.

Sp. 1. P. Adolescens *Mihi.*

Grisescens? *Desv.* (Masc.) — Prompta? *Desv.* (Fæm.)

Descriptiones gallici dipterologi sic incompletæ et ineptæ, ut incercitudo maneat, si species ejusdem inter se differant, et si nostra illæ vel istæ referrenda sit, ideo sp: parmensem nomine novo nuncupatam describo.

Maris. Longit. Mill. 8.

Corpus griescens, *Capite* albo-nitente, vitta frontali atra — *Antennæ* cum arista nigræ — *Palpi* breves, testacei — *Genæ* in parte supera tantum pilosæ — *Thorax* superne vittis tribus latis nigris, intermedia subtriplici — *Abdomen* vitta dorsuali, et limbo postico se-

gmentorum anguste nigricantibus — *Caliptera* subalbida paulo lutescentia præsertim in squamis inferis, et linea marginali distincte flavida — *Spinula* costalis brevis — *Alarum* vena quinta longitudinalis supra cubitum paulo incurvata: transversa exterior sinuosa — *Pedes* nigri.

Cætera ut in diagnosi generica.

Mares tantum aliquos legi tempore æstivo, in collibus agri parmensis.

Genus 72. (B) **SAVIA** *Mihi.*

Leucostoma *p. Mgn. Macq.* — **Ptylocera** *Macq.*

Phito *et* **Novia** (*conjunctim*) *Desv.* **Phyto** *Rndn.* — **Tachina** *Mgn.* 4.

Char. Gen.

Oculi nudi, in fronte etiam maris distantes — *Setæ frontales* in utroque sexu series quatuor constituentes, exterioribus antice incurvatis = *Antennæ* brevissime contra non supra medium oculorum insertæ; articulo tertio parum longiore secundo — *Arista* vix pubescens — *Genæ* nec nudæ nec setis validis præditæ, sed pilosæ — *Alæ*, spinula costali distincta: vena quinta longitudinali angulatim

flexa et prope costalem quartæ conjuncta: transversa exteriore non approximata interiori. magis quam cubito quintæ longitudinalis — *Abdomen* setis discoidalibus præditum in segmentis intermediis — *Tibiæ* anticæ utriusque sexus in parte anteriori setis aliquibus validis intructæ — *Tarsi* maris, pulvillis et uncis fere un altero sexu parvis.

SPEC. ITALICA unica. 1. MELANOCEPHALA *Mgn.*

Observ. et Synon:

Sp. 1. MELANOCEPHALA *Mgn. Macq:*
Fæm. Gen. PHITO *Desv.* — Mas. Gen. NOVIA *Desv.*
PALPALIS (fæm.) *Desv.* — CYLINDRICA (Mas.) *Desv.*
NIGRA? (fæm.) *Dvsv.*

V. Descript. fæm. in op. Meigenii 4, cui adde.

enæ pilis exilibus præditæ, aliquando vix ad lentem perspiciendis — *Venæ quintæ* lougitudinalis cubitus in aliquibus exemplaribus appendiculatus.

bdomen grisescentia interdum fere deleta etiam in mare, et fere semper in fæmina, et sic fere totum nigrum nitidum observatur, inde facilius Sp, *Nigra* Desv.

enæ longitudinales quarta et quinta, raro in costali, sæpius ante costalem conjunctæ.

lagnitudine uterqne sexus sat variat.

laris *Abdomen* grisescens, vitta dorsuali, et limbo postico segmentorum anguste nigro-nitido — *Organa copulatoria,* subtus, valvis prominentibus tecta.

Olim fœminam unicam possidebam palpis fuscis præditam et Tach. *Parvicorni* Meigenii eam referebam.

Non frequenter uterque sexus legitur a Majo ad Septembrem, in collibus et planitie agri parmensis.

Genus 75. CHILIA *Rndn.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte maris satis proximi, orbitis sub-contigui — *Genæ* setis instructæ seriatim dispositis — *Antennæ* brevissimæ, contra medium oculorum insertæ, articulis secundo et tertio sub.æqualibus — *Arista* sub-nuda — *Alarum* spinula costalis distincta, vena quinta longitudinalis angulatim flexa, et sat longe a costali quarta conjuncta: transversa exterior magis proxima interiori et distans a cubito quintæ longitudinalis præsertim in masculis — *Abdomen* setis etiam discoidalibus aliquibus instructum — *Tibiæ* anticæ setis validis nullis in latere anteriori — *Tarsi* in mare pulvillis et uncis longioribus.

SPEC. ITALICA unica. 1. ANGUSTIFRONS *Rndn.*

Observat: et Descript:

Sp. C. AUGUSTIFRONS *Rndn.* *Long.* (Maris.) *Mill.* 5. (fæm.) 4.

Palpi sat breves, sæpe inferne tantum observandi — *Antennæ* nigræ — *Corpus* nigrum grisei vel cinerei leviter adspersum; thoracis vittis tribus superis, latis; et abdominis vitta dorsuali, et limbo postico segmentorum nigro-nitidis — *Caliptera* albicantia — *Alæ* paulo griseæ, vena secunda longitudinali costalem attingente contra transversam anteriorem: Quarta longitudinali ad radicem vix setula aliqua instructa — *Pedes* nigri.

Fæminam unicam legi, et raro mascula, primo vere, in collibus agri parmensis: Fæmina nigronitida non cinerascens præsertim in abdomine.

Gen. 74. **STEVENIA** *Desv. Rudn.*

Ptilocera *Mgn.* — **Leucostoma** *p. Mgn.*

Rhynophora *p. Mgn. Zett.* — **Ocyptera** *Fall. p.*

Thereva *p. Fall.* — **Tachina** *Mgn.* 4 — **Alophora** *p. Mgn.* — **Phasia** *p. Zett.*

Char. Gen.

Oculi nudi — *Series frontales* setarum ultra radicem antennarum non producta — *Genæ* præter setas ordinarias nudæ, nec pilis, nec setulis præditæ — *Antennæ* brevissimæ, contra nisi sub medium oculorum insertæ, articulis

secundo et tertio sub-æqualibus — *Arista* subnuda - *Palpi* breviusculi — *Alarum* vena quinta longitudinal angulatim cubitata, et sat longe a costali quartæ coı juncta: transversa exterior satis proxima interiori, et di tans a cubito quintæ longitudinalis.

(Nota) Genus hoc præcipue distinctum a præcedente Gen non setosis.

SPECIES ITALICÆ

A. Squamæ inferæ *calipterorum* etiamsi paulo infuscatæ noı nigræ — *Spinula costalis* plus minusve longiuscula.

A. *Pedes* fulvi, tarsis tantum nigricantibus.

Sp. 1. PARMENSIS *Mihi.*

BB. *Pedes* toti vel fere toti nigricantes.

C. *Abdomen* setis aliquibus discoidalibus in dorso segmen torum intermediorum.

a. Halteres lutescentes. *Sp.* 2. (a) PARTENOPÈA *A. Costa*

aa. Halteres Nigricantes. *Sp.* 3. (b) FLORENTINA *Piccioli.*

CC. *Abdomen* setis discoidalibus non manifestis in dors segmentorum intermediorum.

Sp. 4. MACULATA *Fall.*

AA. *Caliptera* squamis inferis late nigris — *Spinula costa lis* non distincta.

Sp. 5. PYGMEA *Fall.*

Observ: et Synon:

Sp. I. S. Parmensis *Mihi* *Long. Mill.* 7.

In hac specie *frons* maris fere lata ut in fæmina, et *pulvilli* et *unci* tarsorum parum in masculis longiores.

Antennæ fulvæ apice fusco-rufo vel piceo, *Arista* nigricante — *Vitta frontalis* fusco picea, vel fusco-rufescens — *Thorax* griseus dorso nigro-lineato — *Abdomen* nigro-nitidum, in mare segmentis secundo et tertio ad basim fascia lata, albicante, in dorso interrupta, distinctissima, albedine subtus-paulo rufescente; in fæmina segmentorum basi parum albidi nitente: *genitalibus* maris subtus rufo-piceis — *Caliptera* sub-albida, squamis inferis luteo-marginatis — *Alæ* in medietate basali flavicantes, costa et limbo venarum infuscatis in parte exteriori, et vitta parva nigricante ad apicem vene secundæ longitudinalis — *Spinula costalis* validiuscula — *Halteres* lutescentes stipite pallidiore, clava fusciore — *Pedes* coxis et femoribus fulvis, tibiis obscurius fulvis et tarsis nigricantibus.

Non frequens in collibus agri parmensis tempore æstivo.

Sp 2. S Partenopèa *A. Costa (in Litt.)*

Maris Longit. Mill. 6.

Oculi in fronte marìs satis approximati — *Antennæ* fusco-rufæ ut *palpi* — Corpus nigrum, paulo grisei adspersum — *Abdomine* ad basim segmentorum secundi et tertii cinerei fasciatum, fasciis in dorso interruptis

Calipterorum squamæ superæ albicantes, inferæ lutescentes — *Alæ* costa fusca, fuscedine post apicem venæ secundæ longitudinalis interrupta — *Venis* fusco-limbatis, transversa anteriore extra apicem secundæ longitudinalis sita — *Spinula* costalis longiuscula et erecta — *Abdomen* setis aliquibus discoidalibus distinctis in dorso segmentorum intermediorum — *Pedes* nigri, coxis piceis, tibiis anticis in latere anteriori setis validiusculis nullis.

Masculum unicum speciei misit Cl. Entom. Doct. Achille Costa prope Neapolim captum.

---

p. 3. S, Florentina *Piccioli* (in Scheda) — *Long*. (maris *Mill*. 4.

Oculi, pedes, color corporis, cum habitu, similis S. Partenopeæ, a qua vero satis distincta, *statura* minore, *antennis* nigrioribus, *Calipterorum* squamis inferis non lutescentibus, *coxis* ut pedes nigris, et præcipue, *Alis* dilute sed uniformiter infuscatis, *halteribus* nigris non lutescentibus, et vena transversa anteriore contra non distincte extra apicem sita secundæ longitudinaiis.

Abdominis fasciæ cinerascentes, et setæ discoidales, et spinula alarum ut in præcedente.

Semel marem accepi a D. Piccioli florentino in Etruria lectum.

Sp. 4. S. MACULATA *Fall. Zett. Rndn. (non Mgn. nec Macq) (*)*

NIGRIPENNIS *Desv. Teste Macq.*

UMBRATICA *Mgn. T.* 7. (*non Fall.*) *Macq. An. Soc. Ent.* (*exclus. Synon.*).

v. Descript: in op. Zetterstedtii, cui adde:

Antennæ vel nigricantes, vel piceæ, vel partim rufescentes — *Abdominis* segmenta intermedia setis discoidalibus destituta — *Calíptera* squamis inferis sæpe lutescentibus — *Halteres* lutei capitulo fusco — *Pedes* non raro rufescente-vittati; tibiis anticis in latere anteriori, setis aliquibus præditis, non validis sed distinctioribus, præter apicales.

Fræquens in agro parmensi a Junio ad Augustum. In Etruria quoque lecta a Doct. Pecchioli, et in Pedemontio a Prof. Bellardi.

Sp. 5. S. PYGMÆA *Fall. Mgn. Zett. Long. Mill.* 3

V. Descrip. Phasiæ PYGMEÆ in op. Zetterstedtii.

Sp. Distinctissima, parvitate corporis, et *calipteris*, squama infera late ed distincte nigra, sed etiam.

Corpore toto nigro nitidissimo etiam ad basim segmentorum Abdominis — *Antennis, palpis.* et *vitta frontali* atris — *Halterum* capitulo nigricante — *Alis* vitta nigra

---

(*) Maculata Meig. et Macq. Sp. diversa Generi BHINOPHORÆ Mgn. (PTÌLOCHETA Rndn.) spectans in DEXINIS.

costali, ad apicem album non producta, et ad costam limitata; venis posterioribus haud fusco-limbatis — *Setis* discoidalibus nullis in segmentis abdominis intermediis — *Tibiisque* anticis in latere anteriori, setis distinctioribus destitutis.

Exemp. Unicum masculum possideo, prope Florentiam captum a Doct. Piccioli (*).

Genus 75. CAMPOGASTER *Rndn.*

TRIPHERA *p. Mgn. Macq.*

TACHINA *Mgn.*

CHAR. GEN.

Oculi nudi, in fronte maris postice subcontigui — *Genæ* angustissimæ nudæ — *Antennæ* breves contra, non supra medium oculorum orientes, articulo tertio saltem duplo longiore præcedente — *Arista* subnuda — *Alæ* spinula costali sub-indistincta: *vena* quinta longitudinali arcuatim flexa, et prope costalem quartæ conjuncta: transver-

(*) Forte huic generi pertinet PHASIA HYALIPENNIS Fallenii gen. Alophora Mgn.) quæ calipteris nigris *præcedenti* proxima, sed alis totis limpidis, at aliis notis ab eadem satis distincta specifice.

V. Descript. Speciei in op. Zetterstedtii.

sa exteriore satis proxima interiori, inde sat remota a curvatura quintæ longitudinalis — *Abdomen* setulis, sed non macrochetis in disco et margine segmentorum vestitum: organis copulatoriis, in mare porrectis et subtus flexis: apice in fæmina sat elongato et subtus incurvato — *Pulvilli* et *unci* tarsorum etiam in mare parvi — corpus minimum (*).

SPECIES ITALICÆ

A, *Antennæ* fulvescentes — *Caliptera* albida.

B. *Pedes* nigri, vel nigricantes, vel picei etiam ad basim femorum.

Sp. 1. DELICATA *Mgn.*

BB. *Pedes* nigricantes, coxis anticis totis, et femoribus omnibus, ad basim rufescentibus.

Sp. 2. DEBILIS *Mihi.*

AA. *Antennæ* nigræ — *Caliptera* fusca, squamis inferis nigricantibus.

Sp. 3. PARVULUS *Rndn.*

Observat: et Synon:

Sp. 1. C. DELICATA *Mgn. Macq.*

V. Descript. in Annal. Soc. Entom. Galliæ 1855.

(*) Genus hoc sejunctum fuit a G. TRIPHERA Mgn. quia ejus species, *Oculis* hirtis, et characteribus alarum sat diversæ sunt, et quarum nulla huc usque in Italia inventa.

Nota tamen in exemplaribus juvenilibus, pedes piceos non nigros esse, præsertim in parte basali femorum et apice coxarum anticarum.

Raro fæminas tantum legi tempore æstivo, in planitie agri parmensis.

Sp. 2. C. Debilis *Mihi.* *Long.* Fæm. *Mill.* 3.

Similis *Delicatæ* at distincta, præsertim *coxis* anticis totis et semper, femoribusque omnibus, late ad basim; fulvescentibus.

Fæminas tantum, et raro, in collibus agri parmensis legi tempore æstivo, et exemplar sexus ejusdem pedemontanum, a Prof. Bellardi accepi.

Sp. 3. C. Parvulus *Rndn.* *Long. Maris. Mill.* 3.

Antennæ nigræ — *Palpi* fusci — *Pedes* omnino nigri. — *Halteres* nigricantes — *Alæ* ad costam et basim paulo infuscatæ, istam a præcedentibus speciebus statim distinguunt.

Abdominis tamen fasciæ cinerascentes in hac ut in congeneribus observantur.

Mares tantum et raro inveni, ab Aprile ad Junium, in planitie agri parmensis

Nota Si generis *Walbergiæ* Zett. species typica in Italia inveniatur, tunc post *Campogastrum* stirpem *Tachinarum* terminans et *Phasiinis* proxima, locanda.

Genus facile distinguendum in stirpe propria, *Abdomine* setis denudato, et *organis copulatoriis* in uno sexu maxime incrassatis, elongatis et complexis, sub ventre inclinatis — *Antennis* supra medium oculorum insertis — *Oculis* nudis — *Marginibus oris* sub oculos totis setosis — *Vena quinta* longitudinali angulo aperto flexa. et longe a costali quartæ conjuncta, angulo non appendiculato — *Spinula costali* nulla etc.

V. pro genere et Sp. Descript. Zetterstedtii.

Sp. Typica Gymnosoma Melanura *Mgn.* 7.

SPECIES TACHINARUM ITALIÆ

NUPER OBSERVATÆ

Genus ACTIA *Desv. — Prod. T. 3. pag.* 18.

Sp. Lamia *Mgn.*

Sic præcipue distinguenda ab alia specie *Vitripennis* Rnd.

A. *Scutellum* apice puncto rufo notatum — *Abdomen* seta aliqua discoidali præditum.

Sp. 1. Vitripennis *Rndn.*

AA. *Scutellum* etiam apice nigrum — *Abdomen* seta nulla discoidali instructum.

Sp. 2 Lamia *Mgn.*

Observat: et Synon:

Sp. 2. A. Lamia *Mgn. Desv. Zett?*

Pilipennis Desv. — Frontalis Macq.

Difert etiam a *Vitripenni*, vena transversa exteriori magis distante ab apice quintæ longitudinalis, inde sat proxima transversæ interiori, dum in alia specie fære æquidistans observatur.

Synonimia Zetterstedtii dubia, quia in diagnosi ejusd: Auct: antennarum basis rufa dicitur, quod non convenit speciminibus nostris.

Rarissimo lecta prope Parmam mense Majo.

Genus NEÈRA *Desv. Rnd.* (*).

Triptocera *Macq. Mgn.* 7. — **Tachina** *Mgn.* 4.

Char. Gen.

Oculi nudi — Frons etiam in mare lata et seriebus quatuor setarum prædita — *Antennæ* breves articulo tertio sat dilatato præsertim in mare — *Arista* brevior antennis articulis duobus primis paulo elongatis, tertio cum secundo sub cubitato, et fere toto crassiuculo — Vena longitudinalis quarta tantum ad radicem setulis paucis prædita: quinta arcuatim flexa et apice in costali conjunta, raro paulo ante costalem: transversa exterior magis proxima interiori quam curvaturæ quintæ longitudinalis — *Abdomen* superne etiam in disco segmentorum setulis crebris breviter hirtum, marginalibus parum longioribus; segmento ultimo late hirto non serie tantum setarum sub-apicali marginato — *Tarsi* pulvillis et uncis in utroque sexu parvis.

Mas difert a fæmina antennis latioribus, et ano tumido.

(*) Genus ante vel post Clausicellam Rndn. propæ Triptoceras locandum.

Spec. Typica N. Laticornis *Rndn* (*Mas. et Fæm.*) — *Meig*
Macq. Desv. (*Mas.*) —
Albicollis *Meig. Macq.* (*Fæm.*)
Immaculata *Desv. Macq.* (*Var.*) — Atra
Desv.

V. Descriptiones Auctorum, et notam in diariis « Atti della Società Italiana di Scienze naturali 1860. in qua præcipue notatur.

Vitta frontalis grisea plus minusve rufescens, præsertim in fæmina.

Aristæ articuli basales longiusculi, in mare fere subæquales, in fæmina primo paulo breviore secundo.

Alæ aliquantulum albicantes, præsertim in masculis.

Non frequens in collibus agri parmensis tempore æstivo, in floribus umbellatarum.

Generis Goniæ sp. *Cognata* Rndn. Prod. T. 3. p. 38. characteribus aristæ melius generi *Cnephaliæ* referenda; ut infra.

Goniæ articulus penultimus aristæ saltem longior est medietate ultimi.

Cnephaliæ arista articulo penultimo sat breviore medietate ultimi, quod convenit Sp. *Cognatæ*.

Gen. Cnephalia *Rndn*.

In duo dividendum ut in Prodr. proposui, illud *Spallanzaniæ* Desv. adoptando: quæ tamen characteribus antennarum sic melius distinguenda.

A. Antennarum articulus secundus duplo et ultra brevior tertio.

G. Spallanzania *Desv.*

AA. Antennarum articulus secundus parum brevior nisi subæqualis vel paulo longior tertio.

G. Cnephalia *Rndn.*

Primo Gen: spectat *Gonia Cognata* Rndn. et spec. nova ab alia distinctissima, præsertim antennis, ut sequitur:

a. Antennarum articulus penultimus magis quam triplo brevior ultimo, — Aristæ articulus radicalis manifestus, ante secundum.

Sp. Cognata Rndn.

aa. Antennarum articulus penultimus ad summum duplo brevior ultimo; Arista articulo radicali non distincto.

Sp. Alpestris N.

Quam describo.

Sp. Alpestris *Mihi.*

Maris *Antennæ* articulo penultimo rufo, magis quam duplo breviore ultimo nigro — *Aristæ* articulorum radicalium unus tantum distinctus, ultimo sat longo ultra medium incrassato — *Caput* albidi sericeum, genis paulo rufi versicoloribus, latis, sparsim setosis: vitta frontali nigricante — *Thorax* grisei et fusci vittatus, postice rufescens — *Scutellum* testaceum — *Calipteræ* alba — *Abdomen* nigro-nitens cinerei adspersum et tessellatum; segmentis duobus primis in dorso postice bisetosis, duobis ultimis serie sub marginali setarum instructis: — lateribus segmentorum primi et secundi paulo rufescentibus — *Alæ* sublim-

pidæ, costa ad basim paulo infuscata — *Pedes* nigri tibiis tamen posterioribus in medio fusco rufescentibus, serie setularum breviter ciliatis: tarsorum anticorum onichiis obtruncatis.

In alpibus insubriæ lectus mas tantum.

Spec. Duæ *Spallanzaniis* prius adscriptæ. *Hebes* Mgn. et *Montana* Rndn nunc conjungendæ sunt *Cnephaliis* quarum series aucta sic ordinatim distincta erit.

a. Abdominis segmentum secundum in dorso bisetosum tantum in utroque sexu — Antennarum articulus penultimus paulo brevior ultimo præsertim in mare.

Cn. 1. Hebes *Mgn.*

aa. Abdominis segmentum secundum in dorso saltem quadrisetosum — Antennarum articulus secundus longitudine tertii nisi paulo longior.

b. Abdominis segmentum primum in dorso bisetosum.

Cn. 2. Multisetosa *Rndn.*

bb. Abdominis segmentum primum in dorso non setosum.

c. Maris tarsi antici tantum onichiis interioribus obtruncatis.

Cn. 3. Montana *Rndn.*

cc. Maris tarsi quatuor anteriores onichiis omnibus obtruncatis.

d. Calliptera alba. (mas. et fæm.)

Cn. 4. Albisquama *Rndn.*

dd. Calliptera (maris) infuscata.

Cn. 5. Fuscisquama *Rndn.*

Generi Echinomyiæ *Dum.*

).- Duæ Italicæ addendæ, scilicet. *Prompta* Mgn, et *Alpicola* Mihi nondum descripta.

ima seu *Prompta* non confundenda cum illa Macquartii quæ *Tessellatæ* Fabrici pertinet, distinctissima setis genarum, et scutello rufescente — Dum Spec. Meigenii genas non setosas et Scutellum nigrum possidet.

rompta ab aliis congeneribus, setis genarum destitutis differt vel uno vel alio characterum sequentium — *Palpi* toti lutei — *Vitta frontalis* fulva. — *Antennarum* articulus secundus nigricans extra paulo rufescens — *Aristæ* articulo penultimo sat longiore primo brevissimo — *Abdominis* segmentum secundum setis dorsualibus nullis — *Scutellum* nigrum — *Pedes* nigri vix tibiis quatuor posterioribus fusco subrufescentibus — *Vitta nigra* dorsualis abdominis in dorso angusta, ad apicem dilatata et anum cingens — *Alæ* griseæ costa et basi fuscescentibus.

ı Pedemontio lecta ab equite Garbiglietti.

). N. Alpicola *Mihi.*

enæ non setigeræ — *Aristæ* articuli duo primi sub æquales — *Antennæ* totæ nigræ, vix articulo secundo basi et apice paulo lutescente — *Palpi* piceo-rufi — *Thorax* cum *scutello* toto niger — Vitta *frontalis* rufa, lateribus nigricantibus; genæ albido sericeæ paulo lutescentes — *Abdominis* segmentum primum in dorso bisetosum — Vitta nigra dorsuali latiuscula, integra, ad apicem dilatata et anum totum cingens.

— *Alæ* griseæ costa et basi lutescentibus — *Pede* nigri tibiis quatuor posterioribus et basi tarsoru posticorum fusco-rufescentibus.

In alpibus Insubriæ mas inventus.

Gen. Chrysosoma *Macq.* Prod. Tom. 3. p. 80

Sp. Typ. Aurata *Fall. Mgn. Macq.*

Nuper in Pedemontio Capta ab equite Doct: Garbiglietti, in ditione Tyrolensi a Prof. Strobel.

Gen. N. CHETYLYA *Rndn.* (*).

Sejunctum a G. *Chetina* Prodr. Tom. 1. p. 65. cum qu communes characteres sequentes possidet.

Aristæ articulus secundus manifeste longiusculus et cum terti plus minusve cubitatus; et *Antennæ* simul articulo se cundo longiore medietate tertii — *Alarum* venæ lon gitudinales quarta et quinta sejunctæ in costali: tran sversa exterior magis distans ab interiori, quam a cu bito quintæ longitudinalis, ista angulatim non arcua tim flexa et angulo non appendiculato etc.

Characteres præcipui distinctionis sunt.

Chetinæ — *Setæ* frontales ultra radicem aristæ in genis no descendentes — *Oculi* distincte pilosi — *Genæ* inte oculos et antennas non setulosæ, præter setas ordina rias orales et frontales.

Chetilye *Setæ* frontales distincte in genis descendentes ul tra radicem aristæ — *Oculi* vix ad lentem tomento si — *Genæ*, præter setas ordinarias, inter oculos carinas faciales setulosæ.

(*) Atti della Società Italiana di Scienze naturali 1861.

Sp. Typ. CHETYLIÆ.
SETIGENA *Rndn.*

culi in utroque sexu fere æquidistantes — *Setæ* orales parum assurgentes — *Vibrissæ* prope orem insertæ — *Antennæ* fere usque ad epistomium elongatæ — *Abdominis* segmenta intermedia etiam in disco setosa — *Alarum* spinula costalis distincta; vena secunda longitudinalis sat producta ultra transversam anteriorem.
olor corporis niger nitidus, exceptis.
ıpite albidi nitente; *Callipteris* et pulvillis tarsorum albicantibus — *Thoracis* dorso grisei vittato et adsperso; *Abdomine* ad basim trium segmentorum grisei fasciato.
emina difert a mare — *Palpis* crassioribus subclavatis; *Genis* serie unica, non duplici, setularum instructis *Abdominis* segmentis intermediis setas duas tantum discoidales ferentibus.
on rara in agro Parmensi.

ACHERÈA *Rndn.* SERRIVENTRIS *Rndn.* Prodr. III. p. 159.
usdem imagines ortas a pupa Vanessæ Io vidi, a Prof. Bertoloni Bononiensi communicatas.

GN. PHOROCERA *Desv.* Prodr. T. III. p. 161.
. tres huic generi addendæ sunt, vel recens inventæ, vel ab aliis distinctæ, quæ in tabula analitica Prodromi locandæ ut sequitur.
1 *Vena* quinta longitudinalis a cubito ad apicem subrecta; angulo interiori lato non recto.
1 *Scutellum* nigrum, vel grisescens, neque ad apicem testaceum.

b. *Venæ* longitudinales quarta et quinta in costali contigu — *Secunda* costali conjuncta contra non ultra trasversam anteriorem.

Sp 8. Parvula *Mihi.*

bb. *Venæ* longitudinales quarta et quinta sejunctim cost productæ — *Secunda* costali conjuncta satis ext transversam anteriorem.

c. *Pedes* toti nigri — *Arista* ultra medium distincte i crassata.

Sp. 9. Nigripalpis *Mihi.*

cc. *Pedes* fusco picei — *Arista* breviter incrassata etc.

AA. *Vena* quinta longitudinalis supra cubitum intus flex angulo interiori subrecto.

DD. *Abdominis* segmenta intermedia setis discoidalibus m nita.

dd. *Palpi* nigri.

E. *Tibiæ* nigræ non fusco testaceæ, posticæ setis varie elo gatis retro præditæ.

e. *Aristæ* articulus secundus distincte longiusculus: terti usque prope apicem incrassatus.

Sp. 10. Aristata *Mihi.*

ee. *Aristæ* articulus etc.

Sp. 8. Ph. Parvula *Mihi.* *Long. Mill.* 4. (*Fœm.*)

Tota atra nitida neque grisei adspersa — Vitta frontali picea subrufa — Callipterisque albicantibus.

Antennæ ad epistomium productæ, articulis primis brevissimus, tertio longissimo et satis lato: Arista crassiuscula usque prope apicem, articulis basalibus distinctis sed brevibus — Genæ satis angustæ.

Alarum spinula costæ subdistincta — Vena transversa exterior subrecta: longitudinalis quinta a cubito ad apicem non perfecte recta et apice quartæ contigua — Secunda contra transversam anteriorem costali connexa.

Pedes nigri, tibiis posticis retro setis varie elongatis præditis. Fæminam unicam legi in apennino parmensi.

Sp. 9. Ph. Nigripalpis *Mihi.* *Long. Mill.* 7 (*Mas.*)

Nigricans grisei fasciata et tessellata.

Caput albidi nitens, vitta frontalis piceo-nigricans opaca.

Antennœ ad epistomium productæ, articulis basalibus brevissimis, tertio longissimo: *Arista* articulis radicalibus parvis, ultimo ultra medium incrassato.

Setæ frontales paulo sub radicem aristæ descendentes — *Genœ* modice angustæ — *Palpi* atri crassiusculi.

Thorax grisescens vittis quatuor superis nigris — *Scutellum* nigrum grisei adspersum — *Calliptera* alba — *Halteres* fusci.

Abdomen grisescens segmento primo, vitta longitudinali supera et margine postico segmentorum atris.

Alæ sublimpidæ, spinula costæ sub indistincta — Vena longitudinali secunda sat producta ultra transversam

anteriorem quinta a cubito ad apicem subrecta — Transversa exteriore vix flexa — Pedes atri.

Mares aliquos legi mense Majo in planitie agri Parmensi.

Sp. 10. Ph. Aristata *Mihi.* Long. *Mill.* 8. (Mas.)

Grisescens capite albidi sericeo: Genæ modice latæ — Setæ frontales ultra radicem aristæ paulo descendentes — *Palpi* nigri — Antennæ longæ, articulis primis brevissimis, tertio longissimo: Arista fere usque ad apicem incrassata.

Thorax dorso vittis quatuor nigris — Scutellum rufum ima basi nigricante — Calliptera albissima.

Abdomen grisei adspersum et nigricantis tessellatum; segmentorum primi et secundi lateribus paulo rufis.

Alæ sublimpidæ, spinula costæ indistincta: vena quinta longitudinalis supra cubitum intus flexa, angulo interiori subrecto — Transversa exterior vix flexa, anterior satis ante apicem sita secundæ longitudinalis.

Pedes nigri.

Masculum tantum inveni in collibus agri parmensis tempore æstivo.

G. MASICERA Macq. Sp. Gyrovaga Rndn. V. pag. 20 Tom istius, orta ex larva Hymenopteri, seu a folliculo contexto ab eruca Tantredinis (Lophiri) Pini L. a Collega Prof. I. Passerini. observata.

GENERUM ET SPECIERUM

INDEX

QL
535.4
I 8R77
v.3-4
Ent.